Selvers, F.

De mediae comoediae sermone.

Dr. phil. Fridericus Selvers

De mediae comoediae sermone

De mediae comoediae sermone.

Commentatio philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque ordinis in alma litterarum universitate Guilelmia Guestfala Monasteriensi ad summos in philosophia honores rite capessandos

scripsit

Fridericus Selvers
Guestfalus.

TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMIX.

Ad ordinem philosophorum de comprobanda hac commentatione rettulit

G. Kroll, P. P. O.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Jostes
ordinis philosophorum h. a. decanus.

Parentibus sacrum.

Conspectus.

Comicorum Graecorum dictio quin si summam respicias sermonis cotidiani Atheniensium speciem praebeat dubium esse non potest[1]) neque quisquam virorum doctorum negat plurimos comoediarum locos illum sequi adeo ut multa sermonis Attici exempla comici soli suppeditent.[2]) Nec tamen res ita est ut, si numeros solvas atque vocabula ponas eo loco quem in oratione cotidiana obtinent, ubique sermonem Atticum purum habeas. Ut de Menandri sermone aliquo cum iure id statuatur[3]), de antiquae mediaeque comoediae sermone non valet quae ad talem stili perfectionem non iam pervenerat,[4]) sed praeter plurimas sermonis cotidiani imitationes multos locos praebet quorum dictio a sermone vulgari differt.

Quae res si recte consideras mira non est. Nam primum quidem versu comici utebantur qui ipse poetas coegit voces structurasque a sermone cotidiano alienas admittere, et quia usitatae versui adaptari non poterant et quia — quae res e versus historia et e fide constantiaque quacum in omni literarum Graecarum genere posteri dictionem traditam colebant explananda

---

[1]) cf. imprimis Rutherford, Zur Geschichte des Attizismus in 'Jahrbücher für klass. Philol. suppl. XIII Lips. 1884': 'Die Ergebnisse aus der Komödie' p. 383—399; p. 383 dicit: „Die Sprache der Komödie ist die Sprache des täglichen Lebens".

[2]) ibid. p. 385.

[3]) Meineke, Historia critica comicorum Graecorum (F. C. G. vol. I) Berol. 1839 p. 440: „Poetici coloris et figuratae dictionis quam superioris aetatis poetarum fere proprium dicas vix ullum usquam vestigium"; v. Wilamowitz, Kultur der Gegenwart I 8 p. 131: „Es scheint ganz einfach die Rede des Lebens, jedes einzelne könnte so in Prosa gesprochen werden".

[4]) Leo Plautinische Forschungen p. 121: „Erst allmählich konnte sich der Stil der neuen Gattung ausgleichen und vollenden, wie es in Menander geschehen ist".

est — nonnullos archaismos retinebant. Quas res capite primo congeram.

Capite secundo locos enumerabo quibus aliorum poetarum locos comici imitati sunt.

Capite tertio complectar singulas voces structurasque a sermone cotidiano alienas.

Caput quartum ad sermonis vulgaris imitationes colligendas reservabo.

Mediae comoediae poetarum quae exstant fragmenta habemus in libri qui inscribitur 'Comicorum Atticorum fragmenta edidit Th. Kock' volumine secundo quod prodiit a. 1884, quocum comparandum est supplementum quod subiectum est eiusdem libri volumini tertio a. 1888 edito. Praeterea Athenaei novae editionis a Kaibelio curatae imprimis vol. III a. 1890 perfectum respiciendum est quo permulti loci emendati sunt.

Nonnulla nova fragmenta Photii lexici initio a Reitzensteinio publici iuris facto debemus. Praecipue tamen papyri, quibus universarum Graecorum literarum notitia nostra proximis annis adeo aucta est, permulta poetarum comicorum fragmenta servaverunt, sed pauca mediae comoediae, neque ego quicquam afferre possum nisi:

Oxyrh. pap. 427 (vol. III p. 73, cf. p. 68 sq.): Antiphanis; Berliner Klassikertexte V 2 p. 129 (in florilegii reliquiis): eiusdem Anaxandridisque nomina. Quae omnia nova fragmenta breviora quam ut ex eis aliquid certi concludi possit infra neglegemus neque quicquam respiciemus nisi Timoclis duo fragmenta debita Didymi Commentario ad Demosth. composito (edd. Diels et Schubart p. 9, 70 sqq. et p. 10, 3 sqq., quae fragmenta numeris 13 a et 16 a significabimus).

Notae quibus ad singulos comicos significandos utor per se clarae sunt; has modo commemoro: Ant = Antiphanis, Al = Alexidis; Anax = Anaxandridis (Anaxil = Anaxilae); Eub = Eubuli; Nic = Nicostrati; Tim = Timoclis (Timoth = Timothei). Ubi ad locum aliquem adscripsi 'Kaibel', percipiendum est Kaibelium in Athenaei editione (plerumque contra Kocki lectionem) sic ut scripsi scripsisse.

Caput I.

De archaismis et dictionis a sermone cotidiano alienae ea parte quae e ratione metrica explicanda est.

Comoedia forma metrica tragoediae simillima argumentis ab ea valde diversa est: in tragoediis heroes iam diu defuncti, in comoediis cives Athenienses illius aetatis in scenam prodibant; illos quidem dictio elatior ab illius temporis dicendi genere remota decebat, hos, qui erant spectatorum ipsorum quasi effigies, sermone cotidiano uti oportebat. Quae res ex ipso argumenti genere sequitur neque dubitari potest quin comoediae maximae partes sermonem Atticum purum praebeant. Attamen tragoediam prius exstitisse vel ad perfectionem saltem prius pervenisse quam comoediam ex Aristotele scimus, Quae cum ita sint, mirum non est quod comoedia illam et in rebus et in dictionis forma multis locis sequitur. Ac primum quidem veri simile est comoediam trimetros iambicos a tragoedia tunc temporis iam magis perfecta mutuatam esse, atque cum forma metrica etiam dictionis aliquam partem comici imitati sunt. De tragicorum autem sermone viri docti inter se non consentiunt: alii enim censent trimetros iambicos ex alio literarum genere, ex Archilochi iambo ad dialectum Ionicam composito, ductos atque hoc modo eas formas vocesque enucleandas esse quae a sermone Attico alienae esse videantur; alii illos qui videantur Ionismos potius ea ratione percipiendos esse putant, ut statuamus tales formas vocesque dialecto Atticae vetustiori tribuendas esse quae a poetis conservatae sint postquam sermo cotidianus eas vel abiecit vel mutavit. Hoc praecipue Ruther-

ford affirmavit[1]) qui sententiae summam sic expressit[2]): „Die Grundlage der Sprache der Tragödie ist das Attisch der Zeit, in welcher die Tragödie ins Leben trat". Attamen in tragoedia multa vocabula occurrunt quae a dialecto Attica semper aliena fuerunt atque e Ionicorum modo lingua explicari possunt, velut ἤν[3]) et πράσσω.[4]) Qua in re quid de comoedia statuendum sit quaeritur.

Perinde atque hexametrorum poetae Graeci semper Homeri dictionem sequebantur tragicique multis locis formas Ionicas admittebant, comoedia nonnullas res totius dicendi generis proprias semper retinebat quamquam sermo Atticus eis vel omnino non usus erat vel eas iam abiecerat: tanta apud Graecos erat auctoritas et constantia dicendi generis semel inventi. Tamen in ea re discrimina scriptorum et temporum sunt: πράσσω tragici soli e dialecto Ionica sumpserunt, cum comici nihil nisi πράττω scripserint; vocem ἤν autem nihilo minus ab Atticorum lingua semper abhorrentem antiquae comoediae poetae, velut Aristophanes, saepissime admiserunt, cum in media comoedia rarissime occurrat.[5]) Tamen etiam in media novaque comoedia nonnulli archaismi persaepe reperiuntur quos contra sermonis cotidiani exemplum comici admiserunt, non solum ratione metrica coacti, sed etiam aliis locis quibus forma vulgaris stare poterat.

Qua e re explicandum est quod in dativo pluralis declinationum primae et secundae formando comici a sermone cotidiano differunt, in quo tunc temporis nihil iam nisi θεοῖς et θεαῖς dicebatur.[6]) Tamen ne a solutae quidem orationis

---

[1]) in libri quem supra laudavi p. 358—383: 'Die Entwickelung des attischen Dialekts'; de quo imprimis cf. P. Menge, De poetarum scaenicorum Graecorum sermone observationes selectae. Diss. Gott. 1905 p. 3 sqq.

[2]) l. l. p. 360.

[3]) Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften² 1886 p. 213_{38}.

[4]) Meisterhans l. l. p. 77; cf. etiam Thumb, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus 1901 p. 220 sq.

[5]) locos infra congeram.

[6]) cf. Kühner-Blass. Gr. Gr. I p. 384 sq.; Meisterhans l. l. p. $94_{12\,sqq.}$ 98_7; cf. etiam quae Wilamowitz, Eur. Her. I¹ p. 127 n. 8 dicit: „Alle Späteren (scil. qui post Sophoclem Euripidemque exstiterunt scriptores) setzen längere

scriptoribus formae longiores omnino alienae sunt, certe Plato eis saepe utebatur, atque comici tum formas breviores tum longiores ponebant sicut numeri postulabant.

Similia fortasse de duali statuenda sunt: quo numero de nominibus formato illis temporibus iam satis raro, de verbo omnino non homines utebantur.[1]) Qua in re saepe quidem sermonem cotidianum comici sequuntur, ut exemplum afferam: Ant 106; tamen e. g. Ant 74_{13} scripsit *τὼ χεῖρε*, cum *τὰς χέρας* ad versum non conveniat. Ceterum dualis de nominibus formatus ab illius temporis sermone omnino abiudicandus non est, dualis autem de verbis formatus certe non iam dicitur, sed ubi apud scriptores occurrit archaismus est; Hen 5_{15} eo usus est, ratione metrica ut videtur commotus.

Tales formae sunt archaismi qui numeris saepe faventibus conservati sunt. Simili modo nonnulla vocabula retenta sunt quae a sermone cotidiano aliena in comoedia certis modo versus locis occurrunt (vel maxime in versus fine), cum in medio versu omnino non vel raro inveniantur:

ἀτάρ: Al 120_2 (et in initio versus Eub 69_2): Plato quidem saepissime,[2]) tamen Xenophon,[3]) Lysias,[4]) Isocrates,[5]) Demosthenes,[6]) Hyperides[7]) nunquam.[8])

ἄφνω ter in media comoedia, semper tamen in versus fine: Amph 37_2, Al 222_5, Tim 27_1: Demosth. ter; Xenoph., Plato, Lys., Hyp. nusquam.

δίχα = 'sine' Anax 55_3: hac cum vi nunquam apud Plat. (saepius = 'bipartito'), omnino non apud Xenoph. et oratores.

ἔα Eph 23_1 (in versu sequenti forma *γλῶσσαν* occurrit): Plato semel (Prot. 314 D); apud Xenoph. oratoresque non invenitur.

Dative nur als Archaismen" et quae Joh. Schoene, De dialecto Bacchylidea (Leipz. Stud. 19) p. 242 sqq. egregie exponit.

[1]) cf. Kühner-Blass I p. 362, Kühner-Gerth I p. 19 sq., Meisterhans p. 161 sq.

[2]) Ast, Lexicon Platonicum.

[3]) Sauppe, Lexilogus Xenophonteus.

[4]) Holmes, Index Lysiacus (Bonnae 1895).

[5]) Preuss, Index Isocrateus.

[6]) Preuss, Index Demosthenicus.

[7]) Reinhold, Index vocabulorum (in editione Blass. Teubn.).

[8]) cf. Brugmann, Gr. Gr.[3] p. 537.

ἔσω ut videtur — quamquam res est dubia — Eub 40,[1]) a soluta oratione alienum (in medio versu comici εἴσω dicebant: Al 86_2 φέροντας εἴσω . . .).

πέλας: Al (solus e mediae comoediae scriptoribus) 98_1 τοὺς πέλας = alterum, 141_4 τοῖς πέλας, 219_2 et 262_6 τῶν πέλας: saepissime apud Platonem, cum a Xenophonte oratoribusque absit qui usurpant πλησίον.[2])

χαμαί: Ant 248_2: apud Platonem quater, in inscriptionibus Atticis semel,[3]) nunquam autem apud Xenoph. et oratores invenitur.

Praeterea ea ipsa res quod in fabularum argumentis tractandis non oratione soluta, sed versu utebantur poetas comicos coegit multa sibi permittere quae a sermone cotidiano aliena erant. Vel maxime id videmus apud Aristophanem qui tum cum formulas firmas stabilesque easque longiores fabulis inserere vult versum repudiat quia metrum eas integras inseri non sinit.[4]) Namque non iam tot locis quot carminum epicorum poetis syllabarum quantitatem mutare illius temporis scriptoribus licebat,[5]) quamquam rursus concedendum est comicis propter versus comici naturam permulta licita fuisse quae tragici nullo modo suo versui adaptare poterant. Namque primum quidem comicorum versus iambici pedibus solutis abundant; praeterea anapaesti, qui in tragoedia certis modo sub condicionibus liciti sunt, in comoedia omnibus versus locis solo pede sexto excepto admittuntur, quam ob rem si in colloquio vel in narratione — nam aliter in sententiis res se habet — plures deinceps versus leguntur qui solutionibus et anapaestis carent quaerendum est num elatioris sermonis exemplum hic statui debeat; denique dactyli (— ◡́ ◡) in comoedia saepe,[6]) proceleusmatici (◡ ◡ ◡́ ◡),

---

[1]) cf. Meisterhans p. 174 sq.

[2]) cf. Rutherford p. 181.

[3]) cf. Meisterhans p. 114_2 (1047).

[4]) Av. 865 sqq. (loquitur sacerdos), Thesm. 295 sqq. (loquitur praeco); cf. Ach. 43 (loquitur praeco) ubi numeri quidem eum non prohibent, cf. Eccl. 129; cf. Kock ad Ar. Equ. 941.

[5]) cf. Kühner-Blass I p. 17.

[6]) cf. Christ, Metrik p. 324 n. 9.

quamquam editores eos saepius eiciunt, interdum[1]) admittuntur.

Quae cum ita sint longe plurima vocabula in sermone cotidiano usitata versui adaptari poterant. Difficultas quaedam et propter caesuram et propter pedum secundi quarti sexti indolem, qui spondeis expleri omnino non debebant, orta est in vocibus e pluribus syllabis (praecipue longis) compositis. Voces vel formulae in quibus quattuor deinceps syllabae longae leguntur versui inseri non possunt. Quamquam difficile est aliquid eiusmodi ad oculos demonstrare, quia vocabula quae pro illis comici scribunt non ab Atticorum usu omnino abhorrent, sed tantum in sermone cotidiano rarius admittuntur, tamen non dubito quin talia perscrutanti multa eiusmodi in comoedia occurrerent. Ut exemplum afferam: verbum *κινδυνεύω* apud Platonem oratoresque usitatissimum, cuius plurimae formae propter dispondeum versui adaptari non possunt, in comoediae trimetris nisi apud Aristoph. Ran. 99 *παρακεκινδυνευμένον* (in hexam.: Equ. 1054, in anap. Ach. 645) et Euphronem fr. 13_3 III p. 322 K *κεκινδύνευκας* non occurrit: ex ea ipsa re quod tale verbum sermonis Attici fere proprium in comoedia tam raro occurrit in huiusmodi vocabulis rationem metricam in comicorum dictionem valuisse intellegitur.

Omnino autem voces et formulas quibus versus pulcher effici non poterat vitare studebant et a sermonis cotidiani forma usitata differebant. Quod si non fieret mirum esset quod illae formulae quibus oratores sescenties utebantur apud comicos nunquam occurrunt: *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* — — ◡ ◡ — — — et *ὦ ἄνδρες δικασταί* — — — ◡ — —. Priorem formulam exspectarem apud Aristophanem e. g. Ach. 497, tamen abest; Eph 14_{13} autem dicit nimis solemniter:

ἄνδρες τῆς Ἀθηναίων χθονός.

Pro altera autem formula Arist. Vesp. 908 in orationis iudicialis imitatione dicit *ἄνδρες δικασταί* (sine particula *ὦ*, qua haec formula apud oratores quoque, quamquam plerumque *ὦ ἄνδρες δικασταί* dicitur, interdum caret;[2]) tamen mirum est quod comici

---

[1]) ibid. p. 328.

[2]) cf. Preuss, Ind. Demosth. s. v. *ἀνήρ*.

eam semper omiserunt), 950 ὦνδρες (sine δικασταί, admissa crasi).

Praeterea fortasse ratione metrica comici commoti sunt ut nonnunquam aliquod verbum duobus aliis circumscriberent:

Tim 6_5 λήθην λαβὼν — ⏒́ ⏑ — pro ἐπιλαθόμενος ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ —[1])

Eph 22_3 ὀπτὴν ποιήσω — — ⏑ — | — pro ὀπτήσω | — — —, Al 187_3 ἑφθὰς ποιῶ pro ἕψω (nisi talia[2]) e sermone vulgari enucleanda sunt).

De vocibus in syllabam -θεν exeuntibus cf. Meisterhans l. l. p. 115_7 et Schöne l. l. p. 277. In media comoedia syllaba -θεν occurrit ubi metrum ut ea scribatur vel postulat (e. g. Eub 72_5 οἴκοθεν λαβών) vel concedit (e. g. Eub 90_3 ἄνωθεν δὲ . . ., -θεν in pede tertio), semper etiam in versus fine. Contra formae in -θε exeuntes scribuntur, ubi longiores formae stare non possunt: in trimetri pedibus secundo quarto sexto ante consonam:

in pede secundo ἐπίπροσθε Ant 250_2

in pede quarto πρόσθε Ant 18_5 et 82_2 (in eiusdem versus fine ἔνδοθεν)

in pede sexto κάτωθε Eub 16_1 et Al 128_3.

Praeterea occurrunt:

in pede quinto πρόσθε: Eph 3_2 πρόσθε τῶν θυρῶν (in tragoedia certe formam πρόσθεν hoc loco regula Porsonis vetat); eadem versus clausula Men. Sam. 190 (van Leeuwen); in tetram. troch. Al 98_{15} τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον vel secundum Kaibelium εἰς τοὔπισθε τοῖσδ' ἀπήγαγον.

Ny ephelcysticon quod dicitur ante consonam scribitur quia numeri postulant: Al 105_1 ἐν ἔτεσιν δύο. Attamen quaeritur an in sermone vulgari stare non potuerit, namque in inscriptionibus regula quae praescribit ut illud ν non scribatur nisi ante vocales et in enunciati fine, non observatur.[3])

---

[1]) quamquam apud comicos hic proceleusmaticus interdum occurrit, cf. Christ Metrik p. 328.

[2]) cf. de alio verbi ποιεῖν usu vulgari infra p. 83.

[3]) cf. Meisterhans p. 80_1 sq.

Nunc videamus quid in quantitate syllabarum comici mutaverint[1]) ratione metrica commoti (vel inferioris Graecitatis formas admittentes).

Ac primum quidem syllabae exeuntes in diphthongos *αι* vel *οι* quas vocales sequuntur tum longarum tum brevium syllabarum vim habent sicut numeri postulant; cf. e. g. *ἐλᾶαι* ⏘ — — Anax 41_{56}, *ἐλαία* ⏑ — — Mnes 4_{29}: *ἐλαῶν* ⏑ ⏑ — Al 261_{3}, cf. quae Kock ad Al 245_{1} *Πειραιῶς* — ⏑ — et Philisci 2 notat.[2]) Illam diphthongorum literam *ι* in sermone Attico vulgari ipso quarto saeculo saepe excidisse Meisterhans[3]) e lapidibus demonstrat; comici autem in hac re multo liberius quam sermo cotidianus egisse videntur, siquidem quod de diphthongo *οι* Meisterhans p. 44 dixit recte dixit: neque enim solum ante *α, ε, η* (Eub 67_{5} = 84_{4} *οἵας* ⏑ —), sed etiam ante *ο* illud *ι* neglexerunt: Mnes 4_{57} *οἷός* ⏑ ⏘.

Praeterea commemorandae sunt nonnullae quantitatis singularitates quae occurrunt ante mutam cum liquida iunctam. Qua in re discernendum est inter mutas medias et tenues. Ante medias cum *μ ν λ* iunctas in media comoedia novaque vocalis plerumque producitur — in antiqua comoedia semper —, interdum tamen corripitur;[4]) cf. productionis exempla: Ant 55_{17}, Eub 112_{4} (in paeon.), Al 87_{4}, 227_{3} (Men. fr. 586_{2}); correptionis exempla: Ant 175_{2} *δὲ γλαῦκας* (hoc solum in media comoedia exemplum inveni, cf. tamen Men. fr. 638_{1}, 683_{2}).

Contra ante tenues cum liquidis iunctas vocalis in comoedia corripi solet, cum in tragoedia mox producatur mox — quod saepius fit — corripiatur. Contra hanc legem scriptores mediae comoediae his locis peccaverunt[5]):

---

[1]) Non respicio hexametros in quibus epicorum licentias sibi permisisse comicos mirum non est.

[2]) cf. Meisterhans p. 26_{7} et 45_{5}.

[3]) p. 24 sqq. et 44 sq.

[4]) cf. Meineke, Hist. crit. p. 294, Christ, Metrik p. 14, Kock ad Ant 175_{2}, Blaydes ad Arist. Vesp. 276; Kopp, Rh. Mus. 41 p. 247 sqq., v. Mess, ibid. 58 p. 270 sqq., Schade, De correptione Attica. Diss. Gryph. 1908 p. 20 sqq.

[5]) cf. Koerte, Rh. Mus. 60 p. 411 sq. qui praeter Eub 107_{8} omnes locos congessit.

Ant 147_5 *δραχμάς* — — (praecedit *δὲ* ⏑), cf. Kock ad Ar. Nub. 320, van Leeuwen[2] ad Men. Epitr. 118.

Ant 163_6 *τέκνον* — —.

Eub 67_8 *κύπριν* — ⏑.

Eub 107_8 *ἄτρωτος* — — — in trimetro (cum in hexametro in v. 8 *ἄτρωτος* ⏑ — ⏑ scripserit).

Tim $13a_2$ *ἀντιπροθύμως* — — ⏑ — —.

Tim 22_3 *στιφρότης* — ⏑ —.

Quid de his locis censendum est? Wilamowitz[1]) dicit (de Eub 67_8): „Wieder ein Beleg . . ., dass man berechtigt ist, aus der tragischen Messung von *κύπρις* auf Parodie zu schließen". Quod si verum est, his locis aut tragoediam comici imitantur aut loci corrupti sunt;[2]) neque re vera dubitari potest quin plurimis talibus locis tragoediae (vel alius antiquioris poeseos generis) imitatio statuenda sit. Tamen fieri potest — haec tertia via patet — ut nonnullis locis nihil nisi ratio metrica tales formas admittere poetas coegerit, velut Eub 107_8 et praecipue Tim $13a_2$.

Vocis *ἰατρός* primam syllabam corripiunt: Tim 13_3 *ἰατρός* ⏑ — ⏑, Ant 40_6 *ἰατρῶν* ⏑ — —, quae mensura ab aliorum huius et prioris aetatis scriptorum usu aliena est, cf. tamen *Ἰάσων* ⏑ — — (Anax 34_{11}) iam apud Homerum Hesiodumque.

In declinatione has formas ab usitatis discrepantes mediae comoediae poetae admiserunt:

Stirpium in -*υ* exeuntium nom. pl. in -*ῦς* pro in -*ύες* finitur[3]): *μῦς* Ant 193_1 (*μύες* Anax 41_{61}), *ἰχθῦς* Ant 236_3, Eub 109_3, Al 261_9;

nom. dual. in -*ῦ* pro in -*ύε*[4]): *ἰχθῦ* Ant 194_{15} (in hexam.).

Vocabulorum in -*ις* terminatorum gen. sing. in -*εος* pro in -*εως* formatur metri causa ut saepius apud tragicos[5]): *ὕβρεος* Eub 67_9, 94_7.

---

[1]) Berl. Klassikertexte V 2 p. 74 ad v. 7.

[2]) quod censet Wilam. de Tim $13a_2$ *ἀντιπ(ρ)οθύμως* pro quo coniecit *ἂν ᾖ πρόθυμος*, cf. tamen Koerte l. l. p. 411.

[3]) cf. K.-Bl. I p. 439 n. 3.

[4]) ibid.

[5]) ibid. p. 442 n. 5.

Substantivorum in -*εύς* cadentium acc. sing. in -*έᾰ* pro in *έᾱ*: Theophili 1_3 *τροφέα*[1]) (-*έᾱ* e. g. Tim 16_6 et 16 a_3 bis);

acc. plur. in -*έᾱς* pro in -*ᾶς*: Anax 39_{10} *ἱερέας*,[2]) in -*έᾱ̆ς* Ant 190_{17} *ἁλιέας*,[3]) in -*έᾰς* pro in -*έᾱς*[4]) Ant 261_2 *γονέας*.

Nominum cum stirpe -*κλῆς* compositorum acc. sing. in *έᾰ* vel in *έᾱ*[5]): Tim 16 a_1 *Αὐτοκλέα*, Diodori $2_{23.31}$ *Ἡρακλέα*.

Comparativorum in -*ων* formatorum formae regulares in sermone cotidiano videntur fuisse: gen. sg. *μείζους* etc.[6]) Tamen ne solutae quidem orationis scriptores mox breviore, mox longiore forma uti dubitabant.[7]) Etiam saepius propter rationem metricam poetae, inter eos comici quoque, formas longiores adhibebant: cf. e. g. in versus fine: *πλείονα* Sot 1_{35}, *πλείονας* Eriphi 1_{14}, *μείζονες* Al 292_1; alibi: *μείζονα* Sophili 3_2 (in pede secundo). *πλεῖον* Al 156_3 (alibi *πλέον*).[8])

Praeterea ratio metrica multum ad verborum ordinem valet. Quod in multorum versuum exitu certa quaedam vocabula disyllaba quae iambi vel pyrrhichi tempus expleant[9]) occurrunt ex ea re explicandum est. Qua in re orationis solutae vocabulorum ordo saepe mutatur, e. g. adverbia *πόλυ μάλα σφόδρα πάνυ ἄγαν λίαν*, quia idonea sunt quae trimetrum claudant, saepissime in versus fine collocantur et adiectivo suo postponuntur, cum in oratione soluta, nisi ratio rhetorica traiectionem commendat,[10]) priorem locum obtinere soleant. — Alia vocabula quae persaepe trimetrum claudunt sunt *ἅμα ἔτι μόνον πάλαι πάλιν* pronominis *τὶς* variae formae, cf. e. g. Ant 252_2 *ἓν ἀγαθὸν πάσχει μόνον,*

---

[1]) ibid. p. 448 n. 2.

[2]) Kock ad Ar. Ran. 653.

[3]) K.-Bl. I p. 448 n. 1.

[4]) Meineke, Hist. crit. p. 295 sq., K.-Bl. I p. 448 n. 2.

[5]) K.-Bl. I p. 433 n. 6.

[6]) cf. K.-Bl. I p. 427 (10).

[7]) cf. Meisterhans p. 119_{16}.

[8]) ibid. p. 119_{17}.

[9]) cf. archaismos (*δίχα* etc.) quos supra enumeravi, quibus eadem forma metrica est.

[10]) cf. Sauppe, Lex. Xen. s. v. 'traiectio', Ast Lex. Plat. III p. 27 s. v. *πάνυ*, II p. 273 s. v. *μάλα*.

Ant 175_1 ἐν Ἡλίου μέν φασι γίνεσθαι πόλει (alio modo artificiosa versus clausula effici non potuit), Ant 173_2 τις εἷς in versus fine (in medio versu εἷς τις: Ant 226_3, Xen 7_8, Anaxil 22_{10}), Tim 6_{17} ubi τις post πέπονθε collocatum est quamquam ad ἐννοούμενος in v. 18 trahi debet.

Nec minus rationis metricae in verborum ordine auctoritatem videmus in praepositionibus, e quibus in oratione soluta nulla nisi πέρι substantivo postponitur,[1]) cf. tamen Ophel 1_1 ἀνθράκων ἔπι (in versus fine).

Denique in versus exitu persaepe occurrunt voces [2]) quae ad versum sequentem trahendae sunt,[3]) velut καί, ὅτι, articulus, pronomen relativum, praepositiones (μετά Axion 6_1). Namque id memoratu dignum est — qua re valde ab Aeschyli Euripidisque versibus trimetri comici differunt, cum Sophocles in hac re propius ad eos accedat [4]) — singulos versus non semper a sequentibus disiunctos esse: Elisionis in versus fine admissae in media comoedia unum saltem exemplum inveni: Dion 2_{33} ἐὰν δ᾽ || (Xen 4_{20} ἔχοντ᾽ alterum exemplum esset, nisi totus versus glossema esset).

---

[1]) cf. K.-G. I p. 455, Meisterhans p. 180_{42}.

[2]) quarum nonnullae sunt monosyllabae; cf. Christ p. 337.

[3]) cf. Kussmahly, Beobachtungen zum Prometheus des Aeschylus. Progr. Berol. 1888; Vahlen, Abh. d. Ak. d. Wiss., Berol. 1900 (de Terentio).

[4]) cf. Christ p. 338, Wilamowitz ad Eur. Her. 280, Kaibel ad Soph. El. 715 et 1017, Kock ad Ar. Ran. 298 et Av. 1716.

Caput II.

De aliorum poetarum imitationibus.

Variis causis commoti poetae comici aliorum poetarum versus vel verba sive attulerunt sive imitati sunt. Neque enim ut postea Menandri comoedia iam media comoedia ea artis lege tenebatur ut in omnibus rebus describendis certum quendam stilum sequeretur, sed sicut non iam ut in tragoedia et postea in nova comoedia una sola fabula ad finem perducebatur, sed variae scenae inter se minus coniunctae actae sunt, in diversis partibus diverso dicendi genere usi sunt. Ut exemplum afferam idque e tragoedia, quacum multa comoediae communia fuisse supra commemoravimus: in tragoediae dialogo omnes personae uno eodemque fere sermone utuntur a quo ne nuntii quidem multum differunt; vulgaribus saltem vocibus a sermone Attico abhorrentibus non utuntur; ac ne tum quidem cum Orestes se ut hostes falleret dialecto Phocaica usurum esse dixit id revera facit, sed eandem dictionem quam prius usurpat.[1]) Longe aliter in tali re comicos se gessisse ex Aristophane notissimum est, neque mediae comoediae scriptores multis locis aliarum dialectorum formas atque aliorum poetarum versus inserere dubitabant.

Ac primum quidem aliorum poetarum dicendi genus imitabantur, ubi res ipsa id postulare videbatur, velut Homeri dictionem in hexametris.

Tum locos ipsos proponebant ut postea de eis iudicium facerent, qua in re raro laudant, sed semper fere vituperant.

Praeterea poetarum locos afferebant iudicio non addito — namque ipsa totius loci ratio iudicium includit — ut illos irriderent.

---

[1]) cf. Kaibel, Soph. El. p. 274 sq.

Porro poetas imitati sunt non ut illos illuderent, sed omni malignitate remota ut auditorum risum excitarent, immiscentes versibus ad sermonem cotidianum atque vulgarem spectantibus locos grandi quodam magnificoque dicendi genere scriptos, cui mixtioni saepe mira quaedam vis comica inest. Recte van de Sande Bakhuyzen dicit Aristophanem id agere „ut aut reprehendat aut, quod plerumque facit, risum et hilaritatem excitet“ [1]) et alio loco: „ut gravia vulgaribus componens animos auditorum oblectet“ [2]) atque similiter Kaibel: „Die Übertragung tragischer Verse in die Komödie wirkt an sich durch den Kontrast, das skoptische Element ist nicht erforderlich“.[3])

Variorum dicendi generum diversitas ex his indiciis cognosci potest: primum quidem saepe e versibus, tum e dialecto aliquid statui potest. Haec autem indicia cum plerumque nos destituant, unum restat rei ipsi insitum: alius dicendi generis imitatio statuenda est ubi res quae describuntur a dictionis forma discrepant, in comoedia igitur ubi res humiles et exiguae describuntur quasi talia argumenta tractentur qualia sunt in carminibus quae elatiore dicendi genere utuntur (in carminibus epicis et lyricis et in tragoedia).

Has autem alius dicendi generis imitationes (ad literarum genera dispositas) in media comoedia inveni:

I. Epicorum imitationes.

Epicorum imitationes — quod mirum non est — maxime occurrunt in hexametris dactylicis. In his enim versibus per totam literarum Graecarum historiam Homeri auctoritas adeo valuit [4]) ut ne ei quidem versus qui comoediae Atticae inserantur Attici sermonis imaginem puram praebeant, ita sane ut — velut in carminibus choricis tragoediis comoediisque insertis non ubique formae Doricae scribuntur — in hexametris quamquam non

---

[1]) De parodia in comoediis Aristophanis . . . Traiecti ad Rhenum 1877 praef. p. VI.

[2]) l. l. p. 11.

[3]) Soph. El. p. 68 adn.

[4]) eam rem attigit Rutherford p. 360.

ubique formae epicae adhibentur, sed plurima ad sermonis Attici exemplum componuntur, nonnullis tamen locis occurrant formae ab Attico sermone alienae, e quibus ab Homeri dicendi genere poetas comicos pendere cognosci potest,[1]) velut e literis σσ pro ττ scriptis, e singularitatibus quae ad artem metricam attinent — vocalis praecedens consonae mutae quam sequitur liquida apud Homerum produci, apud poetas Atticos corripi solet — similibus rebus; e. g. in Eub fr. 107 vv. 1 et 18, cum in trim. iamb. (vv. 7 et 21) ἄγλωττος et πέτεται scribantur, in hexametris ἄγλωσσος et πέταται (sic e codice A Kaibel) occurrunt: qua re exigua utriusque dicendi generis diversitas optime expressa est.

Hoc autem memoratu dignum est poetas comicos hexametris uti solitos esse non ut epicorum dicendi genus ludibrio haberent vel aliud eiusmodi perficerent velut in tragicis imitandis, sed ubi res ipsa hos versus postulare videbatur, in mediae comoediae fragmentis quae sunt servata maxime in aenigmatis[2]) oraculisque

---

[1]) ibid. p. 385.

[2]) De aenigmatis quippe quae in comoedia e Cratini temporibus saepe occurrant haec proferre e re esse videtur: De griphis comoediis insertis Ohlert in libri qui inscribitur Rätsel und Gesellschaftsspiele der alten Griechen Berol. 1886 p. 93—107 disputavit. Recte exponit quo consilio commoti poetae comici griphis usi sint: primum ut hilaritatem augerent, deinde ut nimium aenigmatum studium aenigmatis ipsis illuderent — optime Kaibel apud Pauly-Wiss. s. v. Antiphanes dicit fr 194 esse „eine Verspottung des sinnlosen Gallimathias der Rätselerfinder" — praeterea ut singulos viros ludibrio haberent, denique ut quorundam hominum, imprimis coquorum, sed etiam meretricum et poetarum dicendi genus reprehenderent. Nec minus recte Ohlert Aristotelis verba (rhet. III 11_6 p. 1412a 17sqq.) interpretatus dicit (p. 4): „Die Idee des Rätsels ist nach Aristoteles diese, dass man, indem man von wirklichen Dingen spricht, Unmögliches zusammenstellt". Haec igitur sunt ea quae aenigmatum propria sunt:

1. Is qui aenigma proponit alicuius rei qualitates describit postulans ut alter ex eis explicet quae illa res sit; illa ut quam maxime dubie definiatur φύσις appellari solet, rarius aliae significationes velut ἄγαλμα (Eub 107_{23}) adhibentur.

2. Illa res ita describi solet ut ei qualitates contrariae tribui videantur (ἄφωνα: γεγωνόν Ant 196_2, imprimis Eub 107, cf. etiam Plat. Reip. V 479B).

3. Quam ob rem quia aliquid describi videtur quod omnino non sit is qui aenigma proponit non statim ab initio interrogare solet quam rem

versibus epicis compositis. Nec tamen a reliquis versibus imitationes Homericae prorsus absunt. Has autem in mediae comoediae fragmentis inveni.

A. Locorum qui sunt servati

I. Homericorum carminum

a) certorum locorum

1. Iliadis

I 203 *ζωρότερον δὲ κέραιε* imitati sunt in trimetro Eph 10_2 (comicus ipse indicat voce *Ὁμηρικῶς*) et in distichi elegiaci pentametro Ant 149_2 (in Theognideis nihil simile exstat).

Π 235 *ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι* (de Sellis): Eub 139_1 in hexametro *ἀνιπτόποδες χαμαιευνάδες* (de cynicis); femininum de viris usurpatur ut Homerus dicit B 235 et H 96 *Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί.*

2. Odysseae

ε 488: Sot 1_{29};

κ 243 et *ξ* 15 *σύες χαμαιευνάδες*: Eub 139_1 de cynicis, locum modo attuli.

b) certarum formularum

ἀνδρῶν μέγ' ἄριστος e. g. B 768: Ant 26_{19} *ἀνδρῶν δ' ἄριστον* (in trimetro).

ἀκάματον πῦρ apud Homerum saepius: Cratin. iun. 8_5 (in hexametro, litera *α* priore producta) *ἀκάματον, πολὺ κρείττω τοῦ πυρὸς αὐτοῦ.*

de Nereo (nomen ipsum apud Hom. non occurrit, sed *ἅλιος γέρων* commemoratur): Al $110_{1\ sq}$ *παρὰ Νηρεῖ . . . γέροντι,* Anax 30_3 . . . *ἐξ ὑγρᾶς ἁλός | Νηρεύς . . .*

II. Hesiodi

Op. 686: Tim 35_1 (alios locos similes Rzach ad h. l. congessit; pro verbo *πέλεται* voce Attica *ἐστιν* poeta comicus utitur).

III. aliorum versuum hexametrorum

1. Poetae incerti hexametrum

οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν

---

significaverit, sed primum pro certo affirmare esse revera eam rem quam postea describit (cf. Ohlertii Indicem p. 239 sq. s. v. *ἐστι*).

Attice expressit Eriph. 1 (pro ἄνωγα — cf. Ebeling Lex. Hom. s. v. ἄνωγα p. 139 et Rutherford p. 382 — dicens πείθω).

2. Aenigma Sphingis Oedipodi propositum[1]) imitatus est Anaxil. $22_{25\,sq}$.

B. Locorum qui non exstant vel totius dicendi generis imitationes versibus hexametris expressae

1. in oraculis fictis Cratin. 8[2]) et — quod fortasse huc referendum est — Al 260 (v. 2 πολιοκρόταφος Θ 518).

2. in aenigmatis Ant 194, 196, Eub 107, 108.]

3. in culinarum praecepto (quasi in carmine didactico) Anax 50.

4. talibus locis de quibus nihil certi statui potest: Eub 28 (ἔδουσιν pro voce Attica ἐσθίουσιν), 29 (vocis κίχλη prior syllaba producta est), 35 et 139 (cuius fragmenti nonnullos locos ex ipso Homero sumptos esse supra vidimus).[3])

II. Elegiarum, iamborum, scoliorum poetarum imitationes.

Unum tantum locum pro certo affirmare possumus poetas elegiacos imitari: Theophili 6 versibus trimetris Attice exprimit Theognideorum vv. 457—461. De Ant 149 (dist. eleg.) supra diximus.

Valde dubitari debet an Archilochi imitationes statuere liceat in Al 22, quod per se cum et fabula inscripta sit Ἀρχίλοχος et poeta ipse appellari videatur fieri potest, et in Naus. 1_3, cf. Archil. fr. 23 PLG II[4] p. 389 Bergk, quo de loco Bahntje[4]) notat: „Nausicrates . . . utrum Aristophanem an Archilochum respiciat difficile dictu est“.

Scolium Atticum 8 PLG III[4] p. 645 Bgk. imitatus est Anax 17 (poeta ipse indicat v. 1; carminis argumentum comicus

[1]) cf. Athen. X 456 b (ex Asclepiadis libro Τραγῳδούμενα).

[2]) cf. Rutherford p. 393.

[3]) Similibus versibus quibus hic cynici illuduntur postea sillographi ad plurimos philosophos deridendos utebantur.

[4]) Quaestiones Archilocheae. Dissert. Gott. 1900 p. 52 adn.

adumbrat, tamen elatioris dicendi generis vestigium nullum est, cum pro '*καλὸν φυὰν γενέσθαι*' dixerit '*εἶναι καλόν*' atque '*ἀνδρὶ θνατῷ*' omiserit.[1])

III. Tragicorum poetarum imitationes.

Indicia e quibus aliud dicendi genus comicos imitatos esse cognosci potest supra commemoravi; quod ad tragicorum imitationes attinet haec maxime observanda sunt: Ac primum quidem de arte metrica haec habeo quae proferam: comicorum trimetri iambici pedibus solutis abundant; in oratione agitata (velut in Arist. Pac. 1221) tales versus occurrunt: ⏑̄ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑̄ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑̄ – ⏑ ⏓; quam ob rem si plures deinceps versus occurrunt qui eis carent quaerendum est num elatioris sermonis exemplum se offerat. Id tamen respiciendum est in versibus quibus neque colloquium neque narratio continetur, sed sententia — quas comici ut Euripides valde diligunt — pedes solutos persaepe omnino abesse ita ut eos si apud tragicum aliquem occurrerent intactos relinqueremus. — De vocali brevi ante mutam cum liquida coniunctam producta cf. quae supra exposuimus.

Alterum indicium e quo tragicorum imitatio statui potest e dictione petitum est: quin tragoediae trimetri iambici multos Ionismos a sermone Attico discrepantes contineant, cum comoedia ubique fere formis Atticis utatur, dubium non est; ubi igitur occurrunt tales formae quales sunt *ἦν*, *πράσσω*, similes neque de Homeri vel dithyrambicorum imitatione cogitari potest, videndum est num tragoediae imitatio statui debeat.

Praeterea autem habemus hoc indicium e re ipsa petitum: ubi illud dicendi genus grande et solemne vocabulorum insolitorum cupidum — quod cum de ingentibus hominum casibus ut in tragoedia agitur res ipsa postulat — de rebus humilibus adhibetur, aliorum poetarum maxime tragicorum dictionem comici imitantur.

---

[1]) Praeterea in media comoedia commemorantur Harmodii scolium (PLG III[4] p. 646 sq, 9—12) Ant 4 et 85, Telamonis (p. 649, 17 sqq.) Ant 85, in quo aliquis ea vocat *ἀπηρχαιωμένα*.

I. Certorum tragicorum[1]) imitationes

A. Aeschyli

1. Prom. vv. 717 sq. *ἥξεις δ' Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,*
ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν:

Tim 15_1 in quo *ποταμὸν* et *περᾷς* in eadem versus sede occurrunt in qua apud Aesch. *ποταμὸν* et *περᾶν*.

2. Agam. v. 1668 (tetram. troch.)
οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους:
Eub 10_7 (trim. iamb.) *κάπτοντες αὔρας ἐλπίδας σιτούμενοι.*

3. fr. 394 = Al 343.

4. fr. $401_{2\,sq}$ (et Eurip. 908_1 et Soph. Oed. Col. 1225 sqq) imitatus est Al $141_{15\,sq}$ (ipse v. 14 *τὸ πολλοῖς τῶν σοφῶν εἰρημένον* indicat se aliorum dictum proferre).

B. Sophoclis

1. Ai. 522 *χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί* in contrariam partem vertit Anax 66.

2. Antig. 712—714: Ant 131_{3-7}.

3. Antig. 1055 *τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος*:
Al 68 *ἀεὶ φιλόμυρον πᾶν τὸ Σάρδεων γένος.*

4. Oed. Col. 1225—8 Attice expressit Al $141_{15\,sq}$.[2])

5. fr. 199 = Al 153.

6. fr. 742 comice imitatus est Xen. 6.

7. ignotos versus (cf. fr. 687) vel totum dicendi genus imitatur Ant 1_{1-5} (poeta ipse v. 6 indicat).

C. Euripidis

I. fabularum quae sunt servatae

1. Alc. a) 367 (cf. Arist. Ach. 893 sq): Philet. 13_3;[3])
b) 677 (sive alius tragici loci similis nobis ignoti) imitatum esse suspicor Eph 3_1.

2. Andr. v. 369 *τοῦτ' ἔσθ' ἑκάστῳ μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν* quasi in proverbio esset attulit Eub 7_2.

---

[1]) Utor Aeschyli Sophoclis Euripidis editionibus Teubnerianis, in fragmentis afferendis libro qui inscr. FTG iterum ed. Nauck 1889.

[2]) cf. quae supra (ad Aesch. 4) diximus.

[3]) cf. Rutherford p. 389 sq.

3. Hippol. 415 οἵ πῶς ποτ' ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι:
Xen 4_{21} ἃς πῶς ποτ' ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι.

4. Iph. Aul. a) 370 (troch. tetram.)
Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω:
Eub 67_{10} (trim. iamb.) Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω.
b) 701 Πηλεύς· ὁ Πηλεὺς δ' ἔσχε κτἑ: Philet. 4_1.

5. Med. a) 49 παλαιὸν οἴκων κτῆμα: hac locutione in eadem versus sede comice usus est Al 176_2.
b) 476 ἔσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι:
Eub 26 Εὐριπίδου δ' ἔσωσας ὡς ἴσασί σοι.
c) 1003 νύμφη βασιλίς eadem versus sede Anax 46.

6. Or. a) 37 ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς (Εὐμενίδας) iocose imitatus est Eub 64 (de anguilla) ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεάν.
b) 45 πηδᾷ δρομαῖος πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ:
Eub 75_6 πηδᾷ, χορεύει,[1]) πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.
c) 234 μεταβολὴ πάντων γλυκύ: Ant $207_{5\,\mathrm{sq}}$.
d) 255 = Al 3_1 ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι.

II. fragmentorum

fr. $124_{2\,\mathrm{sq}}$ ταχεῖ πεδίλῳ . . . | . . . πόδα τίθημ' ὑπόπτερον fortasse imitatus est Eph 14_8 qui vocibus πεδίλῳ et πόδα τιθεὶς (haec formula eadem versus sede Iph. Taur. 32) in eadem versus sede usus est.

fr. 129 ὦ πάρθεν' εἰ σώσαιμί σ' εἴσῃ μοι χάριν;:
Eub 27 ὦ πάρθεν' εἰ σώσαιμί σ' ἕξεις μοι χάριν;

fr. 224 (vel alius tragici locum nobis ignotum vel totam dictionem) imitatur Eub 10.

fr. 320 = Al 339.

fr. 638 et fr. 833: Ant. $231_{1\,\mathrm{sq}}$.

fr. 661_1 (simile est fr. 45) attulit — quod ipse indicat v. 3 — Nic 28_1.

fr. 703 (cf. Phoen. 430) excerpsit Al 62_7.

fr. 752_3 πηδᾷ χορεύων (de Baccho) fortasse imitatus est Eub 75_6 πηδᾷ, χορεύει (scil. τευθὶς καὶ Φαληρικὴ κόρη).

---

[1]) de χορεύει v. infra (ad Eur. fr. 752_3).

fr. 895 ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ imitatus est Ant 242_3 ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ἐν δὲ τοῖς κακῶς πράσσουσιν . . .

de fr. 908 v. quod de Aesch. fr. 401 et de Soph. Oed. Col. 1225 sqq notavimus.

fr. 920 ἡ φύσις ἐβούλεθ' ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει[1]) comice imitatus est Anax 67, pro 'φύσις' dicens 'πόλις'.

fragmenti nuper reperti[2]) duos versus . . . λᾰθραίαν ἐμπολωμένη Κύπριν et αἰσχίστῃ νόσῳ . . . iocose imitatus est Eub 67_8 . . . λᾰθραίαν κύπριν, αἰσχίστην νόσων.

Euripidis (fr. 1098; vel Philoxeni?[3])) vocem ἀρκεσίγυιος attulit Ant 207_7 (cf. v. 8).

III. versuum ignotorum vel totius dictionis

Ant 18: ex Aeolo? cf. p. 366 N².

Eub 72, cf. Theopompi fr. 34 (I p. 743 Kock); fortasse v. 5[4]) (adesp. fr. 155) ipsius Euripidis est.

Axion 4 (cf. fr. 3) est Euripidei cantici parodia.

Eub 67_1 ὅστις λέχη γὰρ σκότια νυμφεύει λάθρᾳ, cf. Eur. Troad. vv. 44 γαμεῖ βιαίως σκότιον Ἀγαμέμνων λέχος et 252 λέκτρων σκότια νυμφευτήρια, Eur. Ion. 819 λαβὼν δὲ δοῦλα λέκτρα νυμφεύσας λάθρᾳ.

D. Chaeremonis

fr. 2 τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία imitatus est Nic 19_4 τύχη τὰ θνητῶν πράγμαθ' ἡ πρόνοια δὲ κτέ.

fr. 17 attulisse videtur Eub 151.

---

[1]) cf. quae van Leeuwen notat ad Menandri Epitr. v. 525 (in edit. secunda).

[2]) e fabula quae inscripta erat Κρῆτες, v. Berliner Klassikertexte V 2 p. 74 vv. 7 et 12. Nauck voces λαθραίαν Κύπριν, αἰσχίστην νόσων inter adespota (fr. 154 N²) receperat. Recte Wilamowitz notat: „Wieder ein Beleg, wie frei die Komiker zitieren". Valde igitur cavendum est ne nimis freti e comicorum fragmentis tragicorum versus ipsos restituamus.

[3]) res dubia est; cf. quae nuper Baker, 'De comicis Graecis litterarum iudicibus' (Harvard Studies in class. phil. XV 1904) p. 200 disseruit.

[4] qui est versuum satis rarorum in quibus spondeus nullo loco admittitur, cf. Christ p. 318.

II. Tragicorum incertorum vel ignotorum locorum vel totius dicendi generis imitationes

Al 236_2 (de Moschione parasito) *ἐν βροτοῖς αὐδώμενος* = trag. adesp. fr. 20 N².

In Al 283 propter locutionem *διμάτωρ Βρόμιος* tragici imitationem latere veri simile est (adesp. 21), nec minus in

Ant 163_6 propter priorem vocis *τέκνον* syllabam productam (adesp. 32).

Xen 1_4 vocibus *ἄστυτος οἶκος* tragicum quendam deridere videtur qui dixerat *ἄστυλος οἶκος* (adesp. 575).

Cum hae quattuor locutiones quas enumeravi fortasse ipsae ut sunt vel leviter mutatae e tragico aliquo poeta sumptae sint, non certorum locorum, sed totius dicendi generis imitationes continere videntur fragmenta quae nunc afferam.

Ant. 73 (de Laomedonte; similia *ἔτυμα* e. g. Aesch. Sept. 658, Soph. Oed. R. 1036, Eur. Phoen. 636 et 1493, Iph. Taur. 32.

In re ludicra magniloquentia utuntur Ant 105 (de anguillis) et Anax 30 (appositionem tam longam ante nomen ipsum positam apud Eurip. maxime invenis, praecipue in prologis, cf. Androm. 1, Bacch. 1 sq., Hec. 484 sq., Herc. 1 sq., Hipp. 1 sq., Or. 71 sq., maxime Phoen. 1 sqq.

Saepe comici tragicorum dictionem imitantur in rebus ad culinam pertinentibus describendis[1]): Ant 217, Eub 75, Al 149 (hic coquus loquitur), nec minus nimia illa *σεμνότης* nos movet de rebus Veneriis adhibita: Eub 67 et 84; cf. praeter eos quos supra variis locis attuli versus ad fr. 84_2 (*πῶλος* de puella dicitur) e. g. Eur. Hec. 142; fr. 67_6 = 84_5 nimis solemniter dicitur de flumine Attico; fortasse ut in Philem. fr. 4 leno loquitur.

Praeterea tragicos imitari suspicor Eub 66_1 (propter voces

---

[1]) Tales parodias ipsius quarti saeculi homines valde dilexisse videntur, ita ut omnes poetas qui elatius dicendi genus in aliarum rerum descriptione sequebantur alii poetae imitarentur illa magnifica vocabula de ciborum cenarumque descriptionibus adhibentes: Homeri dicendi genus in tali re iocose imitatus est Matro Pitanaeus carmine '*Ἀττικὸν δεῖπνον*', lyricorum (Ps.-)Philoxenus carmine '*Δεῖπνον*', tragicorum comici plurimis fabularum locis.

Θήβη et *πέδον*, cf. fr. 10 quod ad Eurip. Antiopam rettulisse Nauckium supra vidimus) et Eub 53 et 54 (Hercules narrare videtur; in utroque fr. '*ἦλθον*' cum accusativo praepositione carente iungitur Homeri Pindari tragicorum more, cf. e. g. Eur. Andr. 1085 *τὸ κλεινὸν ἤλθομεν Φοίβου πέδον*) et Ant $242_{3\,sq.}$

. . . . . . *ἐν δὲ τοῖς κακῶς*
πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς

(v. 3 priorem partem ex Eurip. excerpsit), denique Al 240_9

ὕπνος, βροτείων, ὦ κόρη, παυστὴρ πόνων,

et — quam rem minus audacter affirmaverim quia fieri potest ut non Euripidem, sed eius in hac re praeceptores, sophistas, imitetur — Al 251_1

κατάκεισο κἀκείνας κάλει.[1])

IV. Dithyrambicorum poetarum imitationes.

De dithyrambo, literarum Graecarum genere usque ad id tempus satis obscuro ante nonnullos annos papyri nos docuerunt quibus non dithyrambi quidem, sed carminis ei similis quod a Graecis vocabatur *νόμος* maximam partem servatam debemus: Timothei 'Persae' totum illius poeseos generis notitiam nostram valde auxerunt atque simul comoediae quae plurimas eius imitationes praebet. Aristoteles dicit[2]): *τῶν ὀνομάτων τὰ διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις.* „Die nicht nur doppelten, sondern mit Vorliebe dreifachen Wörter sind ebenso zahlreich wie kühn," Wilamowitz in Persarum editionis p. 45 dicit nonnullaque eius generis affert;[3]) nec minus talia *διπλᾶ* — quorum complura alibi non inveniuntur sed sunt *ἅπαξ εἰρημένα* — in eis fragmentis occurrunt quibus dithyrambicorum poetarum dicendi genus per parodiam comici imitantur. Quod vero maxime ei deridere volunt, non hoc est, sed ille dictionis tumor et obscuritas. Qua de re optime Wilamowitz[4]) dicit: „Nun ist die

---

[1]) cf. Eub 26 et 27 et Norden, Antike Kunstprosa p. 29, praecipue adn. 1.
[2]) poet. cap. 22.
[3]) cf. Kühner-Blass II p. 311 sq.
[4]) l. l. p. 49 sqq.

Kunst, jedes Ding möglichst nicht zu nennen, sondern zu umschreiben, sich Selbstzweck geworden ... das Ganze wird nun zum *γριφῶδες*". Operosae *περιφράσεις* permultae apud Timotheum occurrunt, cf. *ἀφρώδης ἀβακχίωτος ὄμβρος* v. 71 sq. = aqua marina, *ὄρειοι πόδες ναός* v. 102 vel *πεῦκαι ὀρίγονοι* v. 88 = remus. Aequales quoque id sensisse atque grandem illam elocutionem et obscuram, illum inusitatarum vocum praecipue compositarum atque circumscriptionum operosarum amorem vituperasse e mediae comoediae fragmentis optime cognoscitur, cf. Ant 49 *μανθάνεις;*, in Ant 52 omnia quae alter respondet ad interrogationes sibi propositas: v. 6 *εἰ μὴ γνωρίμως μοι πάνυ φράσεις* ..., v. 12 *εἰπὲ συντεμών*, v. 13 *παραλιπὼν φάθι*, vv. 14—17;[1]) Ant 129$_7$ aliquis quaerit *Κωπᾷδας λέγεις;* quasi dubitet an aenigma sibi propositum recte non solverit; simili modo apud Anax 6 aliquis qui operosam circumscriptionem ad griphum proxime accedentem Timothei ipsius nomine adiecto protulit '*τὴν χύτραν οἶμαι λέγων*' dicit quasi pro certo affirmare non possit se illam rem difficillimam re vera perspexisse; apud Timoclem 13 aliquis ad alterum qui nimis metaphoris artificiosis gaudet dicit: *περιεργῶς γε νὴ τὸν οὐρανόν, ἐξὸν φράσαι τράπεζα συντόμως*, qua re dithyrambici et cotidiani sermonis differentia optime definita est.

Indicia dictionis dithyrambicae sunt haec: vocabula insolita, imprimis *διπλᾶ*, dictionis tumor et obscuritas; praeterea formae Doricae (et fortasse Ionicae) et numeri, quamquam de his rebus minus accurate instructi sumus.

De Ionismis qui vocantur haec habeo quae proferam: Ant 52$_3$ in dithyramborum imitatione codex A habet formam *γαίης*, qua mavult *γαίας* Meineke[2]) quem secutus est Kock. Wilamowitz in Persarum editionis p. 39 sq de Ionismis in dithyrambo occurrentibus disseruit quos satis raros esse recte censuit. Tamen valde dubito an p. 40 non recte affirmaverit: „Das jonische *η* für attisches *α* ist ausgeschlossen." Equidem

---

[1]) Verbum *συστρέφειν* apud Ant hic et in fr. 217 quo tragicorum dictio ludibrio habetur (v. 17) singulari vi utitur.

[2]) III p. 27 'ionicae formae nulla excusatio'.

puto formas Ionicas a lyricis quippe qui omnes aliquo modo ex Homeri lingua pendeant abiudicandas non esse atque recte Kaibelium illud *γαίης*[1]) intactum reliquisse. Neque enim Wilamowitz ipse formas Ionicas in dithyrambo inveniri omnino negat.[2])

De numeris haec commemoro: Ac primum quidem dithyramborum dictionem (cf. Philoxeni *Δεῖπνον*) imitari videntur Ant $174_{2.5.6}$ et Al 132 in quibus metrum est

— ◡ ◡ — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ ◡ —

quod quamquam in Philoxeni fragmentis non exstat, lyricorum tum vigentium esse cognoscas e Telestis fr. 2 v. 4 (PLG III⁴ p. 629 Bgk.).

Prorsus obscurum est quid anapaesticis dimetris (interdum versibus paroemiacis interruptis) comici efficere voluerint, quorum nonnulla alias ob causas dithyramborum imitationes esse suspicor; quae quamquam apud lyricos quoque occurrunt, tamen recte Wilamowitz[3]) dicit: „Aus welchen Gedichtgattungen diese Anapaeste sind, kann man nicht erkennen."

Has autem dictionis dithyrambicae imitationes in media comoedia inveni:

A. Philoxeni

1. carminis *Δεῖπνον* certae imitationes non reperiuntur; de Tim 13 et Ant $52_{7\,sqq}$ cf. Bergk PLG III⁴ p. 618, de Ant $174_{2.5.6}$ ibid. p. 617.

2. Philoxeni (vel Euripidis? vide supra) vocem (fr. 17 p. 615 Bgk.) attulit Ant 207_7 (cf. v. 9).

B. Timothei

fr. 16 p. 625 Bgk.: Ant 112 (et Anax. 80?);

fr. 17 p. 625 Bgk: Anax 6 (comicus ipse indicat v. 3).

(Timoth. com. fr. 2 = Timoth. lyr. fr. 15 Bgk. non respicio quippe quod comici certe non sit).

---

[1]) ut omnes fere lectiones a formis solitis discrepantes quas Athenaei codex optimus praebet (saepe secunda manu depravatas, cf. e. g. Anax 6_2, Eub 35_1, Mnes $4_{57.59}$, Diphili 50).

[2]) cf. quae p. 39 sq et de Terpandro p. 97 adn. 2 dixit.

[3]) l. l. p. 30 adn. 1.

C. Lyricorum post Philoxeni mortem florentium nonnullas voces affert Ant 209.

D. Incertorum poetarum locorum ignotorum vel totius dicendi generis imitationes fortasse statuendae sunt

a) propter operosas *περιφράσεις*: Ant 49, 52, 129_7 (locus est corruptus), 182, Naus. 1, 2, Tim 13, Xen 1_{8-10}.

b) propter vocabula insolita maxime *διπλᾶ*, formas, metra: Ant 172; Ant 237, Eub 56, Al 119;[1]) Eub 43 (cf. Ant $52_{2.3}$ et Xen. 1_{8-10}); Al 132 et Ant 174; Hen 1.

V. Poetarum incertorum locorum ignotorum vel totius dicendi generis et reliquae dictionis a sermone cotidiano alienae imitationes.

A. loci propter **metra insolita** memorabiles:

Eub 104 et 105 (dactyl.)

Nic 7 (et quod est nimis breve Anaxil 13?) (glycon.)

Al 22 (hexam., Archil.?)

Anaxil 12 (numeri incerti, v. 2 e creticis constat).

B. nonnulla fragmenta **anapaesticis dimetris** composita formis Doricis, vocabulis insolitis, toto dicendi genere memorabilia, fortasse imitationes dithyrambicae:

Ant 133 (Philox. *Κύκλωψ*?); Ant 91, Anax 41 (cf. Ant 172), Mnes. 4; praeterea Al 162_{14-16}, Epicr. 11, Anaxil 18 (*Ἐφεσήια* et *κᾱλά* et fortasse *ἔδω*), Eph 5, Philet. 10.

---

[1]) Fortasse haec tria fragmenta quae simili modo eandem rem tractant imitantur Timothei versus e carmine celeberrimo *Κύκλωψ* servatos, qui ipsi Hom. Od. ι 208—210 imitantur (fr. 5 Bgk. = fr. 7 Wilam.); cuius fragmenti haec vocabula etiam in mediae comoediae his tribus et aliis locis ad dithyrambi imitationem compositis occurrunt:

v. 1: *δέπας*: Ant 237_2; — *κίσσινον*: Eub 56_6 *κισσῷ*, Al 119_5 *κισσοῦ*.

v. 2: *σταγόνος*: Ant 174_5; — *ἀφρῷ*: Ant 237_2 *ἀφρᾷ*, Ant 174_6 et Al 119_3 *ἀφρίζον*, Eub 56_2 *ὑπεραφρίζουσαν*, — *βρυάζον*: Ant 237_2 *σκιασθέν* vel *βρυάζον*, Eub 56_6 *βρύουσαν*.

v. 4: *Βακχίου*: Ant 237_1 (ut videtur, etiam Philox. *Δεῖπνον* fr. 4 v. 1 PLG III⁴ p. 608); *αἷμα Βακχίου* de vino: cf. Ant 52_{12} *Βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς*, — *νεορρύτοις* (vel *-οισι*) *δακρύοισι Νυμφᾶν* de aqua: cf. Ant 52_{13} *λιβάδα νυμφαίαν δροσώδη*.

C. in **versibus usitatis,** in quibus dictio elatior est quam res postulat

1. loci propter formas vocesque insolitas et alias res memorabiles:

Eph 23 (*γλῶσσα*);

Oph 2 (*πέδον* in tota media novaque comoedia praeter hunc locum non occurrit nisi bis apud Eub in tragicorum imitatione);

Anaxil 22_{3-5} (propter epitheta singulis bestiis mythicis data, fortasse epicos imitatur);

Anaxil $22_{29\,\mathrm{sq}}$ (*αἴθρα*, similis locus est Eurip. Phoen. 805 sq).

Ant 171 (*σταθμοῦχος* et *στέγαρχος*).

2. fragmenta quorum nonnullos versus supra ad certorum poetarum imitationem rettulimus:

Tim 15 (v. 1 Aesch. Prom. 717 sq);

Xen 1 (vide supra nonnullas locutiones sub trag. et dithyr. imit.);

Eub $67_{5.6}$ (vv. 1.2 et 7.10 tragicos imitari supra vidimus).

3. propter nimiam pro personis vel rebus humilibus magniloquentiam:

Aristophont. 14 (dithyr.?, loquitur serva);

Epicr. $8_{2\,\mathrm{sq}}$ (loquitur piscator?);

Epicr. 6 (trag.?, cf. Ant 217 et similia; coquus de arte sua gloriatur); praecipue de cibis similibusque rebus:

Ant 150, 181; Eub 15, 37, 109; Arar. $8_{3\,\mathrm{sq}}$.

4. aliae dictionis elatioris imitationes:

Ant 228_4

σπείρειν τε καρπὸν Χάριτος ἡδίστης θεῶν (fortasse e tragico aliquo versus excerptus est);

Eph 14 (tota enunciati structura notabilis est, v. 13 nimis solemniter dictus est, de v. 8 vide supra Eur. fr. 124 (Andromeda);

Ant $175_{4\,\mathrm{sq}}$ (fortasse e carmine quodam solemni; poeta aliorum verba se afferre ipse indicat vocabulo *φασίν* in v. 4);

Al 268 (insularum descriptio).[1])

---

[1]) Postea trimetrorum iambicorum forma carmina didactica saepe utebantur, Apollodorus orbis terrarum descriptionem composuit.

D. sermonis solemnis exempla:

1. deorum invocationum formulae:

Al 89 (= trag. adesp. fr. 19 N^2);

Al 161, Ant 81, Xen 4_{21} (Eurip.).

2. decretorum formulae:

Tim 8_{17} „verba *χρηστότητος εἵνεκα* ex solemni decretorum formula dicta sunt, cuius plurima prostant in titulis exempla" Meineke III p. 596;

Aristophont. 14_4 *χρηστότητος οὕνεκα*,[1])

Aristophont. 11_9 *περιφανὲς σκῦλον ἀπὸ τῶν πολεμίων*.

---

[1]) cf. Meisterhans p. 176_{24} sqq: *ἀρετῆς οὕνεκα καὶ φιλίας*. Pro *δι' ἀρετήν* in v. 2 Kaibel *διαπρεπῆ* scribit. De forma *οὕνεκα* cf. praeterea quae Kaibel Soph. El. p. 164_1 dicit contra Wilamowitzium (ad Eur. Her. v. 155).

Caput III.

De singulis vocabulis dictionisque forma a sermone Attico cotidiano alienis.

A. Aliarum dialectorum formae:

I. ubi vel **peregrini loquuntur**[1]) vel res quaedam e terris exteris importatae peregrino nomine significantur:

1. Boeotica Eub 12;

2. Chalcidica (significatio propria vocis *συμβολαί*) Al 143;

3. Thessalica Xen $11_{1.2}$ *καπάνη* pro *ἀπήνη* (aliquis certaminibus equestribus valde deditus loqui videtur; quod e Thessalorum lingua is qui loquitur tales voces mutuatur, non magis mirum est quam quod Latini talia e Celtarum lingua deprompserunt);

4. Ciliciensis Nic. 38 *ζιγγοῦν*,

5. Cypria Anax 44 *πτόλις*,

6. Ionicae: *πουλύπους* et *πουλυπόδειον* saepius, e. g. Ant 95_1, Xen 1_8; cf. Kock ad Ar. Equ. 9.

7. Doricae

a) de instrumentis musicis (quae res fortasse e Doriensium in re musica principatu explananda est) Anaxil 15 (cf. Mnes 4_{57-59});

b) de rebus a medicis praescriptis (*ἐπιχώριος ἰατρός*) Al $142_{4.6}$ (cf. Epicr. 11_{28});

8. dialectorum incertarum:

Cratin 13 *ζάψ*,

Ant 97 *σφύραινα* pro voce Attica *κέστρα*, cf. Strattidis fr. 28 (I p. 718 Kock):

ἡ σφύραινα δ' ἐστὶ τίς;

---

[1]) Qua de re dicit Kaibel Soph. El. p. 275 adn.: „Die Komödie hat Ausländer, d. h. Nichtathener, gern im Dialekt reden lassen, wenn auch die mittlere bei weitem nicht so oft als gelegentlich geglaubt wird".

B. *κέστραν μὲν ὕμμες ὠττικοὶ κικλήσκετε.* (Macedo loquitur); cf. Athen. VII 323 a—c.[1])

II. ubi **aliud literarum genus** comici imitantur cuius tales formae vocesque propriae sunt. Haec autem vocabula occurrunt:

1. σσ pro ττ scriptum aut e Ionicorum aut e Doriensium dialecto (in epicorum tragicorum lyricorum imitationibus)[2]):

πράσσω Ant 242_2 (trag.), Tim 8_7 (dubium est, nam tota loci ratio ad sermonem cotidianum spectare videtur);

ᾄσσω Eub 75_9 (trag., sed cf. Al 149_{16});

γλῶσσα Eph 23_2 (dubium est, tamen in versu priore occurrit ἅπαξ εἰρημένον ʻαἰσχροεπῶνʼ et interiectio ἔα quae alibi in media comoedia non invenitur);

ἄγλωσσος Eub 107_1 (epic.);

θρίσσα Anax 41_{53} (in anapaest.);

μέλισσα Ant 52_7 (dithyr.);

κισσός Al 119_5 (dithyr.? cf. supra p. 32), Eub 104_5 (lyr.); *κισσόπλεκτος* Ant 209_7 (dithyr.);

κυπαρισσοφόρος Mnes. 4_1 (dithyr.).

2. formae Ionicae:

ἤν pro *ἄν*[3]): Cratini 8_2 (Hom.), Tim 6_1 (trag.?); in sermone cotidiano ut videtur: Ant 196_{14}, Anax 52_6, Al 124_5;

ἠδέ Al 133_6,[4]) sed lectio valde dubia est;[5])

ἔδω pro *ἐσθίω* Eub 28 (Hom.); fortasse Anaxil 18_4 pro *ἔχων* : *ἔδων* scribendum est; epicos in hoc fragmento comicum secutum esse e v. 7 apparet in quo scribitur

---

[1]) Quod de Ant. Kaibel (Pauly-Wiss. I p. 2521) dicit: „Überhaupt scheint ihn schon die beginnende Korruption der attischen Sprache zu bekümmern; das gelehrte Fremdwort *σφύραινα* für *κέστρα* wird fr. 97 abgewiesen“, hac in re ei assentiri non possum, sed potius apud Ant. quoque barbarus loqui videtur.

[2]) Quamquam in hac re quatenus librorum auctoritati credere liceat dubium est: apud Eub 75_9 *ᾄσσω*, apud Al 149_{16} *ᾄττω* scriptum est in re simillima; apud Eub 107_{27} in hexametro *φυλάττειν* post verba *καλέω δὲ* ita a toto dicendi genere abhorret, ut vix credam Eubulum ipsum talia scripsisse, sed hoc vitium librariorum culpa exortum esse existimem.

[3]) Meisterhans p. 213_{38}.

[4]) cf. Wilamowitz ad Eur. Her. 30.

[5]) cf. Rutherford p. 366 n. 1.

Ἐφεσήια[1]) pro *Ἐφέσεια* vel *Ἐφέσια* et vocis *καλά* prior syllaba producitur;

παρεόντος pro *παρόντος* Axion 4_{16} (in Eurip. cantici parodia); ibid. v. 2 *πίσυνος*, v. 7 *ἐνέπω*,

καλέω Eub 107_{27} (Hom.);[2])

Θρῆκας (sic Kaibel; *Θρήκης* cod. A) pro *Θρᾷκας* Ant 105_2 (trag.);

γαίη (cod. A, Kaibel) Ant 52_3 (dithyr.).

Hoc loco nonnulla alia vocabula quorum forma ab Atticis differt enumerabo:

γαῖα pro *γῇ* Eub 43_1 (dithyr.?);[3])

χερσαῖος Ant 133_1[4]) (in anap.; dithyr.? in trim. iamb. *Χερρονησίτου* Eub 150_2 = Eph 3_5)

ἀδμής Epicr 9_4[5]) et

ὀδμή (pro *ὀσμή*) Anax 41_{36} (ubi vide Kock), Ant 161_{10} (Kaibel secutus cod. A).

3. formae Doricae:

a) in carmine chorico Axion 4_{12} *ἔφα* (Eur. imitatus);

b) in dei nomine Al 283_2 *διμάτωρ Βρόμιος*,

c) in iuramentis Epicr. $9_{2\,sq}$, 11_7.

d) aliis locis in dimetris anapaesticis: Mnes 4_{57-59} (v. 57 *κλαγγά* etiam in Telestis Hymen. fr. 4_1 (III[4] p. 630 Bgk.) in dim. anap.), Epicr 11_{28} *Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς* (v. 27 *ἰατρός τις*, cf. Al 142_2 *ἰατρός*).

4. aliae formae:

μακάρεσσι Al 22_3 in hexametro (e dialecto epica ut videtur);[6])

πέταται Eub 107_{18} (in hexametro; v. 21 in trimetro scripsit *πέτεται*). Quam formam, quamquam apud Homerum non occurrit

---

[1]) cf. Kühner-Blass I p. 248 sq.

[2]) „cum infin., ita ut huic verbo insit notio adhortandi" Ebeling Lex. Hom. p. 637, quod moneo propter Kockium qui mavult *κέλομαι*.

[3]) cf. Meisterhans p. 97_{20}.

[4]) ibid. p. 76.

[5]) ibid. p. 68_{11}.

[6]) cf. Brugmann, Gr. Gr.[3] p. 239 et Kock ad Ar. Ran. 245.

neque recte formata est,[1]) Kaibel intactam reliquit, recte ut opinor; nam Eubulum talibus rebus utriusque dicendi generis diversitatem exprimere voluisse veri simile est (cf. v. 1 *ἄγλωσσος*: v. 7 *ἄγλωττος*);

νίν Eub 108_1 (in hexametro, ubi potius *μίν* exspectandum est).

B. Vocabula elatioris dicendi generis propria vel comice formata:

Vocabula enumero non solum quae in sermone cotidiano omnino non vel perraro occurrunt — quod plerumque quidem est — sed ea quoque quae per se a sermone vulgari non abhorrent, quibus tamen illo loco quem afferam singulari modo comici usi sunt, quorum usus et significatus ab illa vi quae in sermone cotidiano eis insita est alieni sunt, maxime ubi vocabula quaedam ad alia circumscribenda poetarum modo adhibentur, velut *μήτηρ* = *γῆ* Ant 52_8 similia. Quod ubi erit totum locum exscribam vel disertis verbis notabo non verbum ipsum, sed eius usum elatioris dictionis proprium esse.

I. Substantiva.

1. declinationis primae quae vocatur

a) in -*α* resp. -*η* exeuntia

ἀγκάλη: Naus 1_3 *πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις* (Archil. vel Aristoph.[2])) Tim 7_4 *ἀγκάλῃ φέρει.*

αἴθρα (pro *αἰθήρ*): Ant 52_{14} *δι' αἴθρας* (lectio dubia est), Al 149_{17} *πρὸς αἴθραν,* Anaxil 22_{30} *ὕψου πρὸς αἴθραν.*

ἀκμή: hac voce singulari modo usus est Epicr 6_5 *πυρὸς ἀκμαῖς* (= igni) *ἠνθισμένα.*

ἀνάγκη: tropice hoc vocabulo usus est Xen $1_{8\,sq}$ *ἅλοὺς βρόχων πλεκταῖς ἀνάγκαις* (= *βρόχοις*).

αὖρα (= *αὐγή,* sed rarius): Ant 52_{14} *κασιόπνουν δ' αὖραν,* 217_{22} *ξανθαῖσιν αὔραις,* Eub 10_7 *κάπτοντες αὔρας,* Dion 2_{40} *αὔρας Ἀττικῆς.*

γαῖα: Eub 43_1, *ὦ γαῖα κεραμί.*

---

[1]) cf. Brugmann p. 178; Schroeder Pind. Prolegomena p. 23 (36), qui pro *πέταμαι* in Pindari libris bis tradito Nauckium secutus *πέτομαι* scribit.

[2]) cf. quae supra cum de Archil. imitatione loquebamur diximus.

γαίη: Ant 52_3 *πλαστὸν ἐκ γαίης.*

δίνη: Xen 1_7 *κυανέαις δίναις.*

δράκαινα et *ἔχιδνα* Anaxil $22_{3.5}$.

θεά pro (ἡ) *θεός*[1]): Ant 81_4 *τῆς σεμνῆς θεᾶς,* Eub 64_2 (Eurip. secutus), 37_3 *Βοιώτιαι . . . θεαί* (de anguillis), Naus 2_4, Xen 1_4 (trag.); *θεαί* oppositum *θεοί*: Ant 206_2, Anax 2_3.

θέαινα: Ant 81_3 *θεῶν τε καὶ θεαινῶν.*

κόρη: saepius in media comoedia; *κόρη* = *γῆ* Xen 1_9 *τῆς τροχηλάτου κόρης,* cf. Ant 52_9 . . . *Δηοῦς κόρης,* Eub 75_4 *Φαληρικὴ κόρη* = *ἀφύη* apua, 75_{10} *μεμαγμένη δὲ Δήμητρος κόρη* = farina.

πάτρα pro *πατρίς*[2]): Al 193_1.

πλάτη: Anaxil 22_{17}.

πλησμονή: Ant 242_3 (Eurip.).

ποίμνη: Ant 52_4 *νεογενοῦς ποίμνης.*

ῥύμη: Ant 52_2.

τιθήνη: Tim 13_1 *βίου τιθήνη* (de mensa).

φήμη: Ant 105_1 *ἐν φήμαις βροτῶν* (trag.).

b) syllaba *-της* terminata

ἀγρώστης: Anaxil 12_2.

αἰχμητής: Eub 107_{11} (in hexam.).

ἐπαινέτης: Tim 8_9.

ναέτης: Eph 5_1.[3])

2. declinationis alterius

a) masculina

ἄρταμος: Epicr. 6_3.

ἀφρός: Ant 237_2 *ἀφρῷ σκιασθέν* (?), Theophili 2_3 *ἀφρῷ ζέουσαν.*

βυθός: Ant 217_3 *κοίλοις ἐν βυθοῖσι.*

δαλός: Sot 1_{29} (Hom.).

ἤπειρος: Ant 196_3 in hexametro ut apud Homerum mari

---

[1]) cf. Meisterhans p. 98_4, K.-Bl. I p. 360.

[2]) cf. Rutherford p. 372 sq. et 373 n. 2.

[3]) cf. Schroeter, De Simonidis Cei melici sermone quaestiones. Diss. Lips. 1906 p. 55.

opponitur, cum apud Herod. et scriptores Atticos insulis opponatur.[1])

θεσμός: Al 149_{19} *ἀνάγκης θεσμὸς οὐχ ὁρώμενος.*

θρόμβος: Ant 52_8.

ἰατρός: hac voce per se sermone Attico haudquaquam indigna singulari modo in dithyr. imitatione usus est Tim 13_3 *ἰατρὸς ἐκλύτου βουλιμίας* (de mensa).

κόρος: Eub 10_6 *Κεκροπιδῶν κόροι.*

ναυτίλος: Naus 1_3 et 2_3 pro *ναύτης*, cf. Rutherford p. 373 n. 12.

τρόφος: *ἡ Διὸς τρόφος* de Creta Al 268_4.

b) neutra

κτέανον: Eub 139_3 in hexam.

πέδον (Attici dicebant *πεδίον*): Eub 10_1 *ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον*, 66_1 *τὸ Θήβης πέδον* (cf. e. g. Soph. Oed. Col. 415 *εἰς Θήβης πέδον*, Eur. Hel. 57, Andr. 1085), Oph 2 *ἐν ξηρῷ πέδῳ.*

πρόσωπον: hac voce comice nimis solemniter de piscibus utuntur (cf. *δέμας*): Anax 30_2 *γλαύκου πρόσωπον* (sequitur *δέμας θύννου*), 33_{16} *προσώποις ἰχθύων.*

ῥεῖθρον: Ant 231_3 (Soph.), cf. Rutherford p. 374 n. 2.

στέγαστρόν: Ant 52_9 *εἰς πλατὺ στέγαστρον ἁγνῆς παρθένου Δηοῦς κόρης* (cf. *στέγασμα*).

3. Declinationis tertiae

ἀγάπημα: Axion 4_6.

ἄγγος (pro *ἀγγεῖον* vel *ὑδρία*) Arar 8_4, cf. Rutherford p. 376 sq.

ἀκτίς: Ant 217_{14} *ἀκτῖσι θείαις.*

ἀλάστωρ: Xen 1_3.[2])

ἅλς de mari (alibi est sal): Anax 30_3 *ἐξ ὑγρᾶς ἁλός* (de Nereo; apud Homerum saepe occurrunt formulae *ὑγρὸν ὕδωρ* et *ὑγρὰ κέλευθα*).

βάθος: hac voce singulari modo usi sunt Eub 43_2 *ἔτευξε κοίλης λαγόνος εὐρύνας βάθος*, Eph 14_7 *ἄτομα πώγωνος βάθη.*

---

[1]) cf. Ast Lex. Plat. s. v.

[2]) de nominibus in *-τωρ* exeuntibus cf. Menge l. l. p. 74 sq.

βέλος: Ant 112_2 (Timoth. lyr.).

βρέφος: Ant $196_{1.7.18}$, Eph 21_3.

γένος: hanc vocem (in omnibus literarum generibus usitatissimam) poetarum more scripserunt: Anaxil 22_5 *πτηνά θ' Ἁρπυιῶν γένη* = *πτηναί θ' Ἅρπυιαι*, Ant 175_4 *τὸ χρυσοῦν, φασίν,*[1]) *ὀρνίθων γένος*, cf. Hom. Il. B 852, Od. υ 212, Hes. Op. 109 sqq.

δάμαλις: Epicr 9_3.

δέμας: Anax 30_2 *τοῦ τ' ἀμύμονος δέμας | θύννου*, cf. *πρόσωπον*.

δέπας: Ant 237_2 *χρυσοκόλλητον δέπας*.

ἕλιγμα: Eph 14_9 *ἱμάντων ἰσομέτροις ἑλίγμασιν*.

θρέμμα: Ant 182_3 *Καρύστου θρέμμα* (= *Καρύστιος*).

ἱδρώς: hac voce tropice usus est Ant 52_{12} *Βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς* (de vino).

κλέος: Ant 163_3.

κλύδων: Naus 2_2.

κύπρις: Eub 67_8 (de rebus Veneriis).

κύτος: Ant 52_2 *κοιλοσώματον κύτος πλαστὸν ἐκ γαίης*, Xen 1_{10} *λοπάδος στερροσώματον κύτος*.

κύων: vi translata Eub 75_7 et Al 149_{16} *Ἡφαίστου κύνες* = flammae.

λέχος: Eub 67_1 *λέχη . . . σκότια νυμφεύει . . .*

λιβάς: Ant 52_{13} *λιβάδα νυμφαίαν δροσώδη* (de aqua).

μελέδημα: Al 162_{15} (hoc loco quod curae est, non cura ipsa).

μήτηρ: hoc vocabulum singularem vim habet Ant 52_3 *ἐν ἄλλῃ μητρὸς* (= *γῆς*) *ὀπτηθὲν στέγῃ*.

νᾶμα: Ant 52_7 (dithyr.), 296 = Tim 38.[2])

νέκταρ: Anax 57_1; Al 119_2 *λευκοῦ νέκταρος παλαιγενοῦς* (de vino).

οἶδμα: Ant 196_3 *πόντιον οἶδμα*.

οἰκήτωρ: Ant 91_1 *πόθεν οἰκήτωρ;*

ὄμμα: Al 89_2 *νυκτὸς ὄμμα* (de dea).

παυστήρ: Al 240_9 *βροτείων . . . παυστὴρ πόνων* (de somno).

πῆμα: Eub 27_2.

---

[1]) cf. supra p. 33.

[2]) cf. quae nuperrime de hac voce exposuit Gleisberg, De vocabulis tragicis quae apud Platonem inveniuntur, Dissert. Vratisl., Berol. 1909, p. 21 sqq.

σέλας: Epicr 8_3 *φωσφόρου λύχνου σέλας*, cf. Rutherford p. 370 n. 10.

σταγών: Ant 174_5 *τῆς τρυφερᾶς ἀπὸ Λέσβου σεμνογόνου σταγόνος*, Eph 29 *Λεσβία σταγών*.

στέγασμα: Ant 181_2 *τέμαχος ἐν τεύτλου λακιστοῖς κρύπτεται στεγάσμασιν* (cf. *στέγαστρον*).

τροπωτήρ: Xen 1_9 *φλεβὸς τροπωτήρ, πουλύπους*.

ὕφος: Eub 67_5 = 84_4 *ἐν λεπτοπήνοις ὕφεσιν*.

φᾶρος pro *ἱμάτιον*: Philet. 19, cf. Rutherford p. 376, Schöne l. l. p. 222.

χάρμα: Ant 1_3 *χάρμα . . . φίλον*.

χθών: Eph 14_{13} *ἄνδρες τῆς Ἀθηναίων χθονός* pro *ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, cf. Menandri Sam. 110 *ὦ πόλισμα Κεκροπίας χθονός* cum eis quae van Leeuwen notavit; *χθών* hic est = *πόλις*, alibi in oratione soluta — quamquam apud Xenoph., Plat., oratores omnino non reperitur — caelo, mari opponitur.

4. Nomina propria.

Ἀχαιός: Eub 120_2 (Hom.) de Graecis ante Troiam pugnantibus, cf. Plat. Leg. 682 D.

Δηώ: Ant 1_3 (trag.), 52_9 (dithyr.), Xen 1_5 (trag.).

Θήβη pro *Θῆβαι*: Eub 10_1 *ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον*, 66_1 *τὸ Θήβης . . . πέδον*.

Ἠριδανός: Eub 67_5 = 84_5 *ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας* (iocose de meretricibus) solemniter dicit quasi non de flumine Attico agatur (cf. Hes. Theog. 338, Batram. 20).

Κεκροπίδαι de Atheniensibus: Eub 10_6 *Κεκροπιδῶν κόροι*, 20_1 *ἄνδρας Κεκοπίδας*. cf. Arist. Equ. 1055 (in oraculo; cf. Kock ad v. 1015) et Men. Sam. 110 (v. supra s. v. *χθών*).

Μενέλαος: Ant 48_1; hanc formam servandam esse censeo (Kock scribit *Μενέλεως*), cum ab Atticorum usu non abhorreat,[1]) sed utraque forma promiscue scriptores utantur, cf. Eur. Or. v. 18 *Μενέλεως*, v. 20 *Μενέλαος*.

II. Adiectiva.

Id quod supra in huius vocabulorum poeticorum indicis initio dixi, vel maxime de adiectivis valet, quorum multa enu-

---

[1]) cf. Pape, Griechische Eigennamen s. v. et Meisterhans p. 100_{16}.

merabo quae in soluta quoque oratione occurrunt, apud comicos autem locis quibusdam cum substantivis iunguntur quae apud solutae orationis scriptores haec epitheta non habent. Plerumque tota loci ratio elatioris dicendi generis illa vocabula propria esse indicat.

1. in syllabam -ος exeuntia

ἀγανός: Mnes 4_{56}.

ἀγελαῖος: Ant 133_{3}.

ἁγνός: Ant 52_{9}, Eub 10_{1}, 67_{6} = 84_{5}.

ἅλιος: Eph 5_{3} *τῆς περικλύστου δ'ἁλίας Κρήτης*, Mnes 4_{59} *ἀπὸ γᾶς ἁγίας ἁλίας Συρίας* (cf. *ἐνάλιος* Epicr 8_{2}).

ἀνθινός: Sot 1_{17}.

ἀρωγός: Ant 150 *ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγόν*.

βάκχιος: Ant 237_{1} *βακχίου παλαιγενοῦς*.

βροτός, similiter *θνητός*: saepissime occurrunt, maxime in sententiis, cf. Schroeter l. l. p. 33.

βρότειος: Al 240_{9}, cf. Schroeter ibid.

γεραιός: Al 130 *γεραιοῖς χείλεσιν*, cf. Kock.

ζωρός: Ant 149_{2}, Eph 10_{2} (Hom.).

ἤπιος: Tim 15_{2} *ἠπίαις φωναῖσι*, 15_{3} *κόμποις . . . ἠπίοις*, cf. Hom. *υ* 327 *μῦθον . . . ἤπιον*.

θεῖος: saepius occurrit a sermone cotidiano non abhorrens, maxime *τὰ θεῖα*, epitheti usus ad poetarum imitationem referendus memorabilis est in locutione *ἀκτῖσι θείαις* Ant 217_{14}.

κλεινός: Eub 10_{5} *κλεινὰς Ἀθήνας*, cf. e. g. Eur. Ion. 30 *κλεινῶν Ἀθηνῶν*.

κραταιός: Cratini 8_{4} *χεῖρα κραταιάν* (in hexam.).

κρηναῖος: Ant 209_{7}.

κυάνεος: Xen 1_{7} *πόντου κυανέαις δίναις*.

λαθραῖος: Eub 67_{8} *λαθραίαν κύπριν* (Eurip.).

μέλεος: Ant 209_{8} (bis).

νυμφαῖος: Ant 52_{13} *λιβάδα νυμφαίαν δροσώδη* (de aqua).

ξανθός: epitheti usus notabilis est Ant 217_{22} *ξανθαῖσιν αὔραις*, Anax 41_{23} *ξανθῶν ἵππων* (in anap.), Anaxil 18_{1} *ξανθοῖς μύροις* (in anap.).

ξηρός: singulari significatione utitur Ant 16_{2}, Philet. 4_{2}.

ξουθός: Ant 52_7 *ξουθῆς μελίσσης*, cf. Wilamowitz ad Eur. Her. 488.

ὄλβιος: Al 22_1 (in hexam.); cf. quae Rutherford p. 378 dicit de *ὄλβος* (pro *εὐδαιμονία*).

οὐράνιος: ad ingentem magnitudinem significandam Ant 133_4.

πελάγιος: Naus 1_3 *πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις*.

πινυτός: Epicr 11_6 *πινυτῶς ... λέξον* (in anap.).

ποθεινός: Ant 1_2, 94_2.

πολέμιος: vi usitata saepius, tropice Tim 13_2 (de mensa) *πολεμία λιμοῦ*.

πολιός: Eub 98_8 *ταῖς πολιαῖς (θριξί)*, Al 71 *ἡ πολιά*.

πόντιος: Ant 196_3 *πόντιον οἶδμα* (in hexam.), Anaxil 22_4 *ποντία κύων* (de Scylla), Xen 4_{21} *δέσποινα ποντία Κύπρι* (Eurip.).

πτηνός: Anaxil 22_5 *πτηνά θ'Ἁρπυιῶν γένη*.

πυκινός (pro *πυκνός* quod occurrit saepius): Eub 38_2 *πατάνια πυκινὰ ταρφέα*.

πυρωτός: Ant 217_{21} *πυρωτοῖς ... ῥαπίσμασιν*.

σκότιος: Eub 67_1 *λέχη σκότια*.

ταρφύς: Eub 38_2 (vide *πυκινός*).

φαιδρός: = 'hilaris' saepius; = 'splendens' Al 119_1 *φαιδρὸς δὲ κράτηρ ...*

φίλος: epitheton ornans est Ant 1_8 *χάρμα δωρεῖται φίλον*, cf. Schroeter l. l. p. 27.

χερσαῖος: Ant 133_1 (in anap.), cf. supra p. 37.

2. declinationis tertiae

βασιλίς: Anax 46_1 *νύμφη βασιλίς*.

Βρομιάς: Ant 52_{12} *Βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς* (de vino).

δαψιλής: Ant 286, Sophili 6_1.

δροσώδης: Ant 52_{13}, Al 124_{12}.

κολλώδης: Clearchi 2_1.

μάκαρ: de deis Eriphi 3_4; de mortuis (= manes) Al 22_3 *μακάρεσσι* (cf. supra p. 37); rarissime in oratione soluta hoc vocabulum de hominibus vivis usurpatur: Eub 104_1 *ὦ μάκαρ ἥτις ...* (lyr.; *μάκαρ* pro *μάκαιρα* cf. Kock ad Ar. Av. 1723).

μηκάς: Ant 52_8 *μηκάδων αἰγῶν*, absolute Ant 1_4 *μηκάδων μέλη*.

τάλας: Ant 257_1 *οἴμοι τάλας*, Al 95_3 *ὦ τάλαιν᾽ ἐγὼ κακῶν*, Philet 19 *τάλαν*, Tim 9_4 *ὁ ταλάντατος*.

III. Verba.

Verba ordine alphabetico enumero ita sane ut verba cum praepositionibus composita eo loco ponam quem simplicia obtineant.

ἀγάλλω: Ant 217_{22} *ξανθαῖσιν αὔραις σῶμα πᾶν ἀγάλλεται*, Axion 4_{15} *ἀμφὶ ταρίχι᾽ ἀγάλλῃ*.

ἀγγέλλω: 'vaticinor' Naus 1_4.

ἁγνεύω: Al 15_6.

κατ-αιγίζω: Al 46_5, 247_3.

αἰδοῦμαι: Eub 64_2 (Eurip.).

αἴθω: Al 2_2 *αἴθων ἀνήρ*.

ἐξ-ακοντίζω: Ant 217_7 *ἐξακοντίζει πνοήν*.

ἀλύω: Al 116_{13}, cf. Rutherford p. 390 sq., Kühner-Blass II p. 364, Kaibel Soph. El. p. 92.

ἀνθίζω: Epicr 6_5 (eadem significatione Philem. 79_6).

ἄρδω: Tim 15_5.

κατ-άρδω: Ant 105_2.

ἐξ-αρτύω: Anaxil 15_2.

ἐξ-ασκέω: Eub 84_2 *πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας* (de meretricibus).

ἀντ-αυγέω: Eub 56_5.

αὐδόω: Al 236 *ἐν βροτοῖς αὐδώμενος*, cf. Rutherford p. 382.

ἀφανίζω: Eub 107_{18} *γῆν ἀφανίζει* (in hexam.) = 'tam elate volat ut terram videre non iam possit' (alibi est: 'delere' Eub 107_{11} *ἐξαφανίζω*, 'edere', 'devorare' Anax 33_4, Eub 107_{15}, 'bibere' Eub 82_1, quae omnes significationes ad sermonem vulgarem referendae sunt).

ἀφρίζω: Ant 174_6, Al 119_3.

ὑπερ-αφρίζω: Eub 56_2, Aristophont. 14_3 (cf. quae supra p. 32 de his fragmentis exposuimus).

ἐκ-βακχεύω: Al 141_{13}, cf. Gleisberg, De vocabulis tragicis quae apud Plat. inveniuntur p. 48.

ἐπι-βακχεύω: Nic 4_1.

βρέχω: Ant 231_5 (Soph.), Axion 4_8 (Ant 286 et Eub 126_2 = 'bibere' quae significatio sermonis potatorii propria est):

κατα-βρέχω: Antid 4_4.

ὑπο-βρέχω: Al 275_2 *ὑποβρέχειν ἡμέραν οἴνῳ*, 'diem compotationibus transigere' Meineke.

βρύω: Eub 56_6, Al 86_3.

γέγωνα: Ant 196_2 *γεγωνός* (in hexam.).

γέμω (cf. Antiatt. Bekk. 86, 30): Ant 174_2, Amph 17_4, Dion 2_{41}.

ὑπερ-γέμω: Al 83_2 (et 216_1).

δαίομαι: Cratini 8_3 (in hexam.).

δαμάζομαι: Anax 6_2, 33_{15}.

δονέω: Mnes 4_{60} *ὀσμὴ μυκτῆρα δονεῖ*.

ἐπι-δονέω: Ant 185_3.

ἔδω: Eub 28 (in hexam.) et fortasse Anaxil 18_4 (in dim. anap.).

ἐν-έπω: Axion 4_7 (in carmine chorico).

ἀμπ-έχομαι: Eub 37_4, 64_1, Philet 19.

κατ-αμπ-έχω: Ant 1_5, 176_4.

θνήσκω: Philet 13_3 *θανών* (Eurip.), cf. Rutherford p. 389 sq., 390 n. 1 (in nova comoedia persaepe, cf. Jacobi Comicae dictionis index s. v.).

θρηνέω: Al 162_7 *φθόγγους ἀλύρους θρηνοῦμεν*.

ὑπερ-θύω: Al 5_2.

ἱκνέομαι (simplex): Al 266_2.

καυχάομαι: Epicr 6_2.

κηπεύω: Eub 67_6 = 84_5 *Ἠρίδανος . . . κηπεύει κόρας* (de meretricibus).

ἐπι-κρατέω: Ant 18_2 *ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς* (= *ἔρωτος*); hoc verbum ab Homeri temporibus (absolute aut cum dat. loci iunctum) apud poetas et solutae orationis scriptores (cum genet. iunctum) saepius usurpatur, sed vi translata poetae imprimis eo utuntur, cf. Pind. Nem. 8_5 *ἐρώτων ἐπικρατεῖν*.

ἐγ-κρύπτω: Sot 1_{29} (Hom. ε 488).

λιπαίνω: Anaxil 18_1 (anap.), Axion 4_{10} (c. chor.).

μέλπω: Anax 41_{19} (anap.).

ναίω: Al 22_1 (hexam.), cf. K.-Bl. II p. 489 sq.

νυμφεύω: Eub 67_1; sensu proprio est 'in matrimonium

dare', interdum etiam pro 'nubere' usurpatur; hoc loco est 'in matrimonium ducere', cf. Eurip. Ion. 819, quem versum fortasse ante oculos habuit comicus.

νωμάω: Theophili 1_5 (pocula).

ὀρίνω: Epicr 11_{36} *ὀρινθείς* (in anap.).

παιδεύομαι: Naus 2_3 *ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς ... παιδεύεται* (alit).

εἰσ-παίω: Xen 1_3.

παφλάζω: Tim 15_3.

περάω: Tim 15_1 *τὸν ... ποταμὸν Ὑπερείδην περᾷς,* Ant 217_{11} *τι πρὸς τέλος δρόμου περῶν.*

δια-περάω: Eub 151_2 (Chaerem.).

ἐκ-περάω: Eub 10_5 *κλεινὰς Ἀθήνας ἐκπερᾶν.*

προσ-πηδάω: Al 124_{16} *ταῖς ῥισίν.*

πλήττω: saepius occurrit; vi translata: Ant 18_2 *ἔρωτι πληγείς,* Eph 14_4 *πληγεὶς ἀνάγκῃ,* cf. Eurip. Med. 556 *καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος.*

συσ-σείω: Xen 2_2.

σκιάζω: Ant 237_2 *ἀφρῷ σκιασθέν,* sed lectio dubia est.

σπείρω: hoc verbo vi translata utitur Ant 228_4 *σπείρειν τε καρπὸν Χάριτος* = 'Gratias colere'.

στείχω: Mnes 4_2, cf. Rutherford p. 382.

κατα-τήκω: Eub 104_7 *ἔρωτι κατατετηκώς* (lyr.).

ἀνα-τριαινόω: Amph 14_3.

τρυφάω: 'spumare' (de poculo) Aristophont 14_3 ('more hominum amplissimorum se gerere' saepius).

IV. Adverbia.

Adverbiorum nonnulla cum adiectiva tractabam respexi; praeter ea commemoro:

διαπρό: Eub 107_{24} (in hexametro, producta syllaba media): saepius apud Homerum; cf. K.-Gerth I p. 528 sq., praecipue p. 529.

De *κάτωθε(ν)* et similibus vocibus vide supra p. 14

νέωτα: Al 126_7.

πρώτιστον et *πρώτιστα*: saepius, e. g. Ant 98_3, 209_3, Al 45_4, Epicr 11_{20}; apud poetas saepius, in oratione soluta tunc temporis adhuc rarissime, cf. K.-Bl. I p. 573.

V. Vocabula composita (maxima pars sunt adiectiva).

1. quorum prior pars est **praepositio** vel syllabae **ἀ-, εὐ-, δυς-**

a) cum praepositione composita[1])

ἐν-άλιος: Epicr 8_2 σιδηρότευκτον ἐναλίων θηρῶν βέλος.

δι-ανεκής: Anax 6_1 (Tim. lyr.).

παρα-δειπνίς: Eub 139_3 (hexam.).

ἐφ-ίμερος: Anaxil 38.

ἀμφι-κέφαλλος: Eub 107_{10}.

περί-κλυστος: Eph 5_3 (anap.).

ἔκ-λυτος: Tim 13_3.

ἐκ-νεφίας: Al 46_5.

περί-οικος: Eph 5_6 (anap., cum dativo coniunctum, cum in oratione soluta genetivus adhibeatur).

σύν-οικος: Xen 1_5 Δηοῦς σύνοικος . . . βολβός.

δια-πόντιος: Ant 196_8, Al 210_2.

ἀντι-προ-θύμως: Tim $13a_2$.

ἀπό-ρρους: Ant 52_8.

ἀντί-ρροπος: Ant 26_{24}.

ἀμφί-στομος: Eub 107_{15}.

πρό-στομος: Eub 107_{10}.

ἔν-τοπος: Naus 2_3.

συν-ώνυμος: Ant 217_1.

b) syllaba ἀ- formata

ἀ-ξυν-ακόλουθος: Ant 16_2.

ἄν-αλτος: Tim 14_7 ('insulsus', non ut solet 'insatiabilis').

ἄν-ανδος: Epicr 11_{20}.

ἄ-βατος: Aristophont 3_2.

ἄ-γονος: Eub 107_{11}.

ἀ-δάμαντος: Al 245_{13}.

ἀ-δμής: Epicr 9_4.

ἀ-ηδής: Philet 9_2, Al 278_2.

ἄ-θικτος: Arar 14 (de virgine).

ἀ-κάματος: Cratini 8_5 (in hexam., producta prima syllaba).

---

[1]) Nulla vocabula nisi nomina hic affero, verba cum praepositionibus composita supra respexi. Utor ordine alphabetico ea lege ut priorem syllabam vel priores neglegam.

ἄ-λυρος: Al 162_6 (cf. Kock).
ἄ-μικτος: Anaxil 22_3 'quibus miscendum non est'.
ἄ-μοιρος: Eriphi 6_3.
ἀ-μύθητος: Mnes 4_{56}.
ἀ-μύμων: Anax 30_2.
ἄ-πτερος: Eub 107_{18}.
ἄ-στυτος: Xen 1_4.
ἀ-σύν-τατος: Xen 1_2.
ἄ-τρωτος: Eub $107_{4.8}$.
ἄ-φατος: Anax 41_{62}, Epicr 11_{12}.
ἀ-προ-φάσιστος: Tim 8_6.
ἄ-φωνος: Ant $196_{2.14.19}$, Al 178_3.

c) cum syllaba εὐ- composita

εὐ-ανθής: Sot 1_{21}.
εὔ-ζωρος: Ant 139, Eub 150_8 = Eph 3_{11}.
εὔ-θριξ: Eub 104_4.
εὐ-κύκλωτος: de vasculo Eub 56_4, Aristophont 14_2 εὐκύκλωτον ἀσπίδα (Hom. saepius εὔκυκλος ἀσπίς dicit).[1])
εὐ-πρόσωπος: Anax 9_5, Eub 44_1 (cf. sub v. πρόσωπον).
εὐ-τείχης vel aliud simile: Al 22_1.
εὐ-τράπεζος: Eriphi 6_2 (de Thessalis); cf. ἰσο-, μικρο-τράπεζος.

d) quorum prior syllaba est δυς-

δύ-στηνος: Ant 100_1.
δυς-φύλακτος: Al 339_2 (Eurip.).

2. vocabula e compluribus stirpibus composita[2])

Quorum vocabulorum haec enumero ordine alphabetico disposita partim poetica, partim comice formata[3]):

---

[1]) cf. Usener Götternamen 'Formale Wucherung' p. 6 sqq., Wilamowitz ad Eur. Her. 290: „. . . die Poesie überhaupt sieht darin einen Schmuck, neben einfachen Bildungen . . . scheinbare Ableitungen denominativer Verba zu setzen".

[2]) cf. Kühner-Blass II. p. 320.

[3]) Inter vocabula quae omitto quia sermonis cotidiani propria sunt, praecipue commemoranda sunt illa haud rara quae cum vocibus ὁλο- et ἡμι-composita sunt; cf. Thumb l. l. p. 178.

ἀεροφόρητος: Eub 104_2 (lyr.).
αἰσχροεπῶ: Eph 23_1.
ἀκρολίπαρος: Al 192.
ἁλουργής: Anax 41_7 (anap.),
ἀναγκόσιτος: Nic 32_3.
ἀνθεσιπότατος: Ant 209_8 (lyr.).
ἀνιπτόποδες: Eub 139_1 (Hom.).
ἀξιόχρεως: Eph 14_{11}.
ἀπειρόγαμος: Eub 35_1.
ἀποτυμπανισχάς: Axion 1_4 (locus est corruptus).
ἀττελεβόφθαλμος: Eub 107_{10} (hexam.).
ἀρκεσίγυιος: Ant 207_7 (Eur. vel Philox.).
αὐθιγενής: Anax 41_{47} (anap.).
αὐτολήκυθος: Ant 16_2.
αὐτόπρεμνος: Ant 231_7 (Soph.).
αὐχμηροκόμης: Anax 41_9 (anap.).
βουτυροφάγος vel -ης: Anax 41_8 (anap.).
βραχύωτος: Hen 1_2.
Βρυσωνοθρασυμαχειοληψικέρματος: Eph 14_3.
βυσαύχην: Hen 1_4.
γαλακτοχρώς: Naus 2_7.
γαλατοθρέμμων: Ant 52_4.
γηγενής: Ant 182_3 (cf. $52_{2\,sq}$), Al 108_5 (de homine rudi), Xen 1_5; cf. Kock ad Ar. Nub. 853.
δακρυρροῶ: Al 313.
δεκάπαλαι: Hen 2_1, cf. Kock ad Ar. Equ. 1153 et 1154.
διαλαιμοτομῶ: Mnes 4_{16}.
διοπετής: 'fulmine tactus' Aristophont 3_1.
ἑπτάπυλος: Anax 41_{21} *Θήβας τὰς ἑπταπύλους.*
εὐρύχορος: Anax 41_{20} *Σπάρτην τὴν εὐρύχορον.*
ζωμοτάριχος: Al 42_2.
ἡδυπαθής: Ant 91_2.
θειοφανής: Al 162_{14}.
θετταλότμητος: Philet 10_2.
ἰσοτράπεζος: Ant 182_2.
ἰχθυόρρους: Tim 15_1.
κακόνωτος: Ant 129_7.

κασιόπνους: Ant 52_{14} *κασιόπνουν αὖραν*.
κισσόπλεκτος: Ant 209_7 (lyr.).
κνισολοιχός: Ant 64, Amph 10_1, Soph 7.
κνισολοιχία: Soph 5_1.
κοιλοσώματος: Ant 52_2.
κολλικοφάγος: Eph 1_2.
κυκλοτερής: Hen 1_2.
κυκνοκάνθαρος: Nic 10_3.
κυφόνωτος: Ant 217_{18}.
κωθωνόχειλος: Eub 56_3.
λεπτοσύνθετος: Ant 52_{10}.
λευκαυγής: Ant 217_{20}.
λευκοσώματος: Ant 176_3.
λευκοχρώς: Eub 35_2, Al 98_{18}.
ληψιλογόμισθος: Eph 14_4, cf. v. 3.
λινόσαρκος: Ant 49.
λοπαδοφυσητής: Mnes 10_2.
μεγαλόπλουτος: Eub 37_1.
μελάμπεπλος: Al 89_2 (de nocte).
μικροτράπεζος: Ant 172_1.
μυριοπληθής: Anax 41_9 (anap.).
νεκταροσταγής: Eub 124_2.
νεογενής: Ant 1_5, 52_4.
ξανθοχρώς: Naus 2_2.
ξιφηφόρος: Ant 217_{19}.
οἰκοδεσπότης: Al. 225 (pro *οἰκίας δεσπότης*, cf. *στέγαρχος*).
ὀλβιογάστωρ: Amph 10_2 (cf. *ὄλβιος*, supra p. 44).
ὁμόσπορος: Ant 18_1 (de sorore).
ὀξυλίπαρος: Sot 1_{19}, Tim 3_2.
ὀξυπύνδαξ: Eub 56_4.
ὀρειονόμος: Anaxil 12_1.
παιδομαθής: Antid. 2_5.
παλαιγενής: Ant 237_1, Al 119_2.
πάμφλεκτος: Axion 4_{11}.
παχύστομος: Hen 1_2.
πεντάσκαλμος: Eph 5_{17}.
πλατύλογχος: Al 131.

πλατύρρυγχος: Tim 14_7.

πολιοκρόταφος: Al 260_2 (in hexam., producta litera *ο* ante *κρ*, cf. Hom. *Θ* 518).

πυριγενής: Hen 1_1.

πυρίκτιτος: Anax 6_2 (Timoth. lyr.).

πύρπνοος: Anaxil 22_3 *Χίμαιρα πύρπνοος*.

πυρπολῶ: Anaxil 22_9 (= 'comburere'; alibi: 'igni faciendo operam dare').

ῥοδόπνους: Eph 26_2.

σατραπόπλουτους: Ant 224_1.

σεμνόγονος (sic Kaibel): Ant 174_5.

σεμνοπαράσιτος: Al 116_5.

σιδηρότευκτος: Epicr 8_2.

σταθμοῦχος: Ant 171_1.

στέγαρχος: Ant 171_3 (cf. *οἰκοδεσπότης*).

στενοφυής: Al 268_5 (de Euboea).

στερροσώματος: Xen 1_{10}.

σχοινόπλεκτος: Arar 8_4.

τακεροχρώς: Ant 52_5.

ταλαίπωρος: Eub 67_{10} (Eurip.), Al 66_2, 144_3.

ταριχηγός: Al 218.

τερενοχρώς: Anax 41_{37}.

τριβαλλοπανόθρεπτος: Eub 75_3.

τρίκρανος: Anaxil 22_4 (de Scylla).

τροχήλατος: Xen 1_9.

τρυφεραμπέχονος: Ant 91_2.

ὑλιβάτης (sic Kaibel): Ant 133_3, Anaxil 12_1.

ὑποσκαφιόκαρτος: Nic 32_2.

φερέσβιος: Ant 1_2 *φερέσβιος | Δηώ*.

φίλαυλος: Axion 4_{13}, Tim $16\,a_1$.

φυλλοτρώξ: Ant 172_2.

φωσφόρος: Epicr 8_3, Naus 2_4.

χαλκοτύπος: Cratini 8_1 (in hexam., cf. Hom. *T* 25).

χαμαιευνάς: Eub 139_1 (Hom.).

χαριτοβλέφαρος: Eub 112_4.

χειμάρρους: Ant 231_3 (Soph.).

χειροβαρής: Philet 10_1.

χιλιοτάλαντος: Al 116_7.

χρυσοκόλλητος: Ant 106_2, 237_2; cf. quae ad *εὐκύκλωτος* p. 49 notavimus.

ψηφοπεριβομβήτρια: Eub 56_3.

ψυχαγωγέω: Tim 6_6.

C. De syntaxi.

Non omnes res a sermone cotidiano discrepantes hoc loco enumero — quod in tot poetarum imitationibus longum est; praeterea nonnulla supra obiter attigi — sed paucas tantum.

Pro adiectivo attributivo saepius substantivum appositionis vice functum scribitur[1]): *γραῦν σφίγγα* Al 167_6, *κόραι θυγατέρες* Al $112_{2\,sq}$ (*παῖς υἱός* et similia saepius).

Appositionis proprium genus 'quo praeter ceteros Euripides gaudet' (Kock ad Eub 75_{13}) occurrit Eub 75_{13} (ubi vide quae Kock notat), Al 28_4, $190_{2\,sq}$. De hac 'appositione ad actionem verbi' cf. imprimis quae Wilamowitz ad Eur. Her. 59 et saepius dixit.

Plurali numero[2]) pro singulari in poetarum imitationibus saepius comici utuntur, cf. Ant 52_2 *ῥύμαισι* (dithyr.; ad eandem rem significandam in sermone cotidiano numero singulari utitur Arist. Eccl. 4 *ῥύμης ἄπο*), Axion 4_2 *τοῖσδε τόποις* (trag., Eurip. cant.), Al 176_2 *οἴκων* (= Eurip.).

De accusativi usu a sermone vulgari discrepante haec commemoro:

Accusativus praepositione carens pro *εἰς* cum accus. iunctum apud verba movendi occurrit: Eub 10_5, 53_1, 54_1.[3])

δελφίνων δίκην ('ut delphini', 'delphinorum more') Arar 8_3; *δίκην* similiter apud tragicos imprimis occurrit.

Dativo singulari modo utitur Axion 4_2 *τοῖσδε τόποις*.[4])

De praepositionibus haec habeo quae proferam:

ἀμφί cum accus. iunctum pro *ἀμφί* (vel *περί*) cum genet. (cf. K.-G. I p. 491) Axion 4_{15} *ἀμφὶ ταρίχι' ἀγάλλῃ* (in carm. chorico).

---

1) cf. Schroeter l. l. p. 7.

2) cf. K.-G. I p. 16 sq, Menge l. l. p. 25 sqq.

3) cf. K.-G. I p. 311 sq et Schroeter l. l. p. 10 sq.

4) cf. K.-G. I p. 406 sq et 441 sq.

ἀμφί cum dat.: Philet 19 *ἀμφὶ στέρνοις*, cf. Wilamowitz ad Eur. Her. 109.

κατά cum genet.: Axion 4_6 (de glauco) *ἀνδρῶν ἀγάπημα φέρων κατ' ὤμων* (in umeris) et Epicr 6_3 *κατ' ἰχθύων* (in foro piscatorio); talis praepositionis *κατά* usus apud posteriores demum scriptores (Polyb. et alios) invenitur.

σύν pro *μετά* (cf. praeter alios K.-G. I p. 467) solus Philiscus 4_1 dixit, quod tamen fragmentum tragici esse videtur.

De anastrophes exemplo Ophel 1_1 *ἀνθράκων ἔπι* v. supra p. 18, cf. etiam Schroeter l. l. p. 39.

Enunciatorum condicionalium structura memorabilis est Cratin 8_3 (in oraculi alicuius hexametris)

Κόρυδον . . . πεφύλαξο,
ἢν μή σοι νομιεῖς αὐτὸν μηδὲν καταλείψειν.

Caput IV.

De sermonis cotidiani imitatione.

Sermonis cotidiani quas mediae comoediae scriptores admiserunt imitationes enumeraturi id primum confitemur difficile esse omnes eiusmodi res generibus illustratas proponere, quod quae permittat materies non est idonea. Hunc tamen ordinem sequi e re mihi visum est, ut primo loco formulas enumerarem quibus in colloquio et narratione ad certas res significandas homines utuntur. Vel maxime sermonis certae formulae hic respiciendae sunt quas homines vel narrantes vel interrogantes vel respondentes vel orationem alterius interrumpentes adhibent, nec minus locutiones quibus tenuissima elocutionis discrimina significantur.

Secundo loco tractabo eas locutiones — quippe quae in media comoedia plurimae occurrant — quae sermonem convivalem potatorium mercatorium illustrant.

Tertio loco formulas enumerabo quas comici e rei publicae institutis similibusque rebus usurpaverunt.

His formulis propter res quae significantur memorabilibus enumeratis voces structurasque propter formam ad sermonem vulgarem referendas tractabo.

Demonstrandum est eas quas enumerabo formulas et voces structurasque sermonis Attici cotidiani proprias fuisse. De magna quidem earum parte id ad oculos demonstrari non potest, tamen saepe vel res ipsa ostendit; saepe complures comici eadem locutione utuntur qua re probatur eos illam e sermone cotidiano sumpsisse; vel maxime id affirmare possumus, si non modo apud comicos,[1]) sed etiam in aliis Atticarum

[1]) praeter Aristoph. respiciemus praecipue Menandri dictionem, maxime fragmenta nuper reperta, qua in re utemur libro q. i. 'Menandri quatuor fabularum . . . fragm. nuper reperta . . . iterum ed. J. van Leeuwen'.

literarum generibus, apud Platonem (philosophum) maxime et oratores, porro etiam apud tragicos et alios illa formula occurrit.

A. Formulae propter res quae significantur ad sermonem cotidianum referendae.

I. Colloquii formulae et similes res.[1])

Allocutiones:

οὗτος 'heus' in appellando: Eub 126_3 *οὗτος Σύρε,* Anax 51_1 *πέπωκας οὗτος,* saepissime apud Aristoph., e. g. Av. 1055, et Men., e. g. Sam. 97 et 312, et Platonem, e. g. Protag. 310 B; etiam apud tragicos, e. g. Soph. Ai. 71; cf. Setti l. l. p. 117.

ὁ δεῖνα: Ant 139.

τουδὶ λέγω: Ant 55_1, cf. Kock ad Ar. Ran. 171.

ἡ παῖς: Clearchi 4_2.

ὦ 'τάν: Ant 33_1, 207_{10}, Al 16_{11}, Tim 6_1, 18_2; apud Plat. bis haec formula occurrit, in tragoedia raro invenitur, cf. quae ad Soph. Phil. 1387 Schneidewin-Nauck-Radermacher et ad. Soph. El. 1220 Kaibel (p. 259) notant.

Formulae salutandi, interrogandi quomodo valeat, dimittendi:

ὑγίαινε: Al 297 (hic in prima salutatione, cf. Lucian. Pro lapsu in sal. 5 sq.; alibi: 'vale' in discessu, cf. Kock ad Ar. Ran. 164; *χαῖρε,* formula usitatissima, in media comoedia forte nusquam occurrit).

ὡς χρόνιος ἐλήλυθας: Al 297.

πῶς ἔχεις;: Anaxil 16_1; *ἀπόλλυμαι* i. e. 'miserrime' respondet alter in v. 2.

οὐ . . . κακὸν ἔχω μηδ' ἔχοιμι de sua valetudine Hercules Ant 177_3 dicit.

---

[1]) Nonnulla eiusmodi congesserunt Setti: Museo Italiano di Antichità Classica I p. 113—130 'Il linguaggio dell' uso comune presso Aristofane' et ante eum Bauck, De proverbiis aliisque locutionibus ex usu vitae communis petitis apud Aristophanem comicum, Diss. Regim. 1880 p. 6 sqq. Ceterum proverbia quorum permulta in media comoedia ut in antiqua et nova occurrunt neglexi quia haec res est digna quae per totam comoediam investigetur.

ἐρρῶσθαι λέγων (valere iubens) Ant 88_2; similiter Demosth. 19, 248 *πολλὰ ἐρρῶσθαι φράσας*.

Siquis ab altero petit ut respondeat vel narret his formulis utitur:

λέγε: Al $15_{3.6}$.

φράσον: Amph 36_1.

λέγ' αὐτό: Al 272_2, Hen 4_6.

λέγε γάρ: Ant 202_3.

φράζε γάρ: Nic 6_1.

φράσον γάρ: Ant 47, Anax 33_{14}.

εἰπέ μοι (nunquam sine pronomine): Ant 202_1, Eph 11_3; similia saepius apud Aristoph. (cf. Kock ad Equ. 741) et Men., cf. e. g. Epitr. 20, et Platonem, cf. e. g. Prot. 311 B (bis), cf. Setti l. l. p. 125.

φράζε δή: Ant 68_4, cf. Plat. Prot. 312 C *λέγε δή*.

φράζε δή ποτε: Eph 15_2.

φράζε τί: Eph 2. Quibus omnibus formulis saepe aliquis simul et negat se scire quod alter quaesiverit et ab eo petit ut sibi dicat.

βούλομαι γὰρ εἰδέναι: Tim 7_3.

ἐάσας τἄλλα γὰρ | ἐρήσομαί σε τοῦτο: Ant $202_{7\,sq.}$ (*ἐᾶν* similiter apud Plat. quoque, e. g. Prot. 332 A *τοῦτο μὲν ἐάσωμεν*).

Etiam modestius petendi formulae:

εἶτ' οὐκ ἂν εἴποις: Ant 182_4.

σὺ δ' ἴσως ἂν εἴποις: ibid. v. 5, cf. *λέγοις ἂν* saepius apud Plat., e. g. Phaedr. 227 C.

ἀλλ' ἂν διδάσκῃς (scil. *εἴσομαι*): Al 133_2, cf. Kock ad Ar. Equ. 1158 qui optime praeter alia affert Plat. Reip. III p. 408 D: *ἀλλ' οἶσθα . . .; — ἂν εἴπῃς, ἔφη.*

Aliquis alterum admonet ut pergat:

λέγ' ἕτερον: Al $15_{4.15}$, Theophili 8_4.

λέγ' ἄλλο: Theophili 8_2.

λέγ' ἄλλο τι: Eub 121_2, cf. Plat. Phaed. 118 *ἀλλ' ὅρα εἴ τι ἄλλο λέγεις.*

τί μέλλεις;: Tim 18_1.

ὕπαγε: Ant 182_4, cf. Kock ad Ar. Ran. 174.

τί οὖν;: Al 33_3.

Aliquis ab altero aliquid petit:

ἱκετεύω: Eub 115_1 (absolute interpositum, cf. Kock ad h. l. et ad Ar. Ran. 745), Philet. 7_1; cf. (Demosth.) $42_{19.32}$; 'quaero', 'obsecro' similia in comoedia Romana, e. g. Ter. Phorm. 413, Haut. 963.

ἱκετεύω σε: Al 3_1; cf. e. g. Men. Epitr. 148.

ἀντιβολῶ σε: Mnes 3_1.

εἰ βούλει: Tim 6_8, cf. Plat. Theaet. 208 D, Crat. 399 E, Prot. 342 A.

Is qui loquitur his quibus alterum attentum reddat formulis utitur:

in demonstrationis initio:

πρόσεχε δή: Amph 6_3.

τὸν νοῦν πρόσεχε δή: Ant 55_2; saepissime apud Plat.

in media oratione formulae inseruntur constructione non mutata quasi adverbialiter:

μανθάνεις;: Ant 49, Eub 103, Al 124_{15}, 152_2; saepius apud Plat. et Aristoph.; cf. Kock ad Ar. Av. 1003 ('eingeschoben sowie am Ende einer Belehrung').

ξυνίεις;: Al 124_6.

ὁρᾷς;: Anax 17_4, Amph 38_1, Al 9_8, Xen 2_5; cf. Kock ad Ar. Nub. 355, qui permulta exempla e comicis, Plat., Xen., aliis affert; cf. etiam e. g. Men. Peric. 142, Sam. 250.

πῶς δοκεῖς;: Arar 13_1, Theoph 2_2; cf. Kock ad Ar. Nub. 881.

Affirmandi et negandi formulae:

φημί: Ant 222_2 (Kaibel); cf. e. g. Plat. Phaedr. 270 C.

Notionis primariae repetitio: *ὀπτάνιον ἔστιν; — ἔστι* Al 173_{13}, *ἔχει κάπνην; — ἔχει* ibid. v. 15.

δηλονότι: Al 33_6, 173_{14}.

εὔδηλον: Al 135_{11}.

δηλαδή: Al 173_6.

κομιδῇ γε: Ant 74_{12}.

πάνυ γε: Tim 12_2.

καὶ μάλα Al 116_8; quae omnes locutiones apud ceteros comicos et in altero notitiae nostrae de colloquio Attico fonte, apud Platonem, saepissime occurrunt.

οὐκ ἀστόχως: Al 116_{14}.

οὐκ ἄλλου μὲν οὖν: Al 270_5.

μηδαμῶς: Al 173_5.

ἀγνοεῖς;: Ant 126_2 (quaerit affirmans aliquis miratus quomodo alter de ea re dubitare possit).

Siquis aliquid probare vult, his formulis utitur:

μανθάνω: Al 65_3, Xen 11_3; cf. Plat. Theaet. 208 E, Gorg. 490 D, Phaed. 117 B; Kock ad Ar. Ran. 765 ('ohne vorhergegangene Frage als beiläufige Bemerkung zur Bezeigung der Teilnahme an einer Erörterung in die Worte eines andern eingestreut'); cf. 'intellego' apud Romanos, e. g. Ter. Haut. 603, Eun. 371, Phorm. 440.

εἶεν: Eub 3_1, Nic 25_3, Hen 5_9; cf. Kock ad Ar. Nub. 176; saepissime apud Plat., etiam apud tragicos.

ἀμέλει ('utique', 'profecto'): Nic 10_3, Drom 1_3; saepius apud Plat.

δίκαια ταῦτα: Mnes 2_2.

καὶ δικαίως τοῦτό γε: Amph 30_7, cf. e. g. Men. Epitr. 32 et Sam. 174 *καὶ δικαίως,* Plat. Theaet. 143 D *καὶ δικαίως,* Dem. 57, 3 *δικαίως.*

Laudandi atque admirandi formulae:

εὖ λέγεις: Ant 52_7, cf. e. g. Plat. Apol. 24 E *εὖ γε . . . λέγεις.*

εὖ γε δρῶντες: Mnes 8_3.

εὖ πάνυ: Al 163_2.

εὖ γε . . ., εὖ σφόδρα: Nic 8_1.

καλὰ δῆτα: Ant 58_3 = Eriphi 2_3.

καλά γε ibid.

Exclamationes mirantis:

θαυμαστὸς οἷος: Tim 8_9, cf. Kock ad Ar. Ran. 781 *(οὐράνιόν γ' ὅσον)* et Av. 143; Men. Epitr. 485 *θαυμαστὸν οἷον.*

ὡς εὐγενεῖς: Eriphi 2_{11}.

ὡς ὑψοῦ σφόδρα: Ant 55_{18}.

ὡς εὖ . . .; Ant 209_5, Eub 76_1.

βαβαί: Al 206, Tim 22_2; saepissime apud Plat.

Miratio interrogatione quoque exprimi potest[1]:

---

